Dissertationes philologicae Halenses

Universität Halle-Wittenberg

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XV

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MDCCCCV

INDEX DISSERTATIONUM.

ERNESTUS LIPPELT:

QUAE FUERINT JUSTINI MARTYRIS *ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ* QUAQUE RATIONE CUM FORMA EVANGELIORUM SYRO-LATINA COHAESERINT.

Partitio.

Ante hos quinque annos, cum hanc quaestionem paucis primum exponerem auspiciis adiutus D. Bousseti, magistri mihi dilectissimi, in prooemio demonstrare conatus eram, nostrae aetatis editiones Novi Testamenti Graeci ab opinione quadam praeiudicata esse perfectas eamque re vera orationis formam praebere, quae quarto fere saeculo in Aegypto accepta fuisset paucis antiquioribus lectionibus sine certa ratione admixtis. Qua demonstratione vix amplius opus erit. Nam postquam omnes fere, qui hanc rem sine ira et studio tractant, D. Blassio illo auctore clarissimo duce „textui iterum recepto" bellum indixerunt, Nestlius ille vir doctissimus et editione Stuttgardiana et aliis libris compluribus rei criticae egregie subvenit et enixe studuit, ut codex ille Cantabrigiensis, quem de Lagarde iamdudum aliis praestare cognovit, tanquam „fundamentum novi aedificii" fieret. Eandem quaestionis viam ingressi hoc libello disseremus, quomodo constituta sint, quae apud Iustinum Martyrem habemus, evangeliorum verba. (Utimur editione equitis Ottonis in corpore apologetarum I. II.[3] Jenae 1876. 77.)

Nusquam quidem Iustinus evangeliis nostris Matthaei Marci Lucae Johannis se usum esse testatur, sed ex commentariis, quos dicit apostolorum, evangelii verba exhibet. At de commentariis illis Iustini, qui ab ipso videlicet Xenophontis libri artissimi non immemore ἀπομνημονεύματα vocantur, adhuc sub iudice lis est, cum evangelio quodam in canonem qui dicitur non recepto usum eum esse alii affirment, alii negent, quas virorum doctorum disputationes atque opiniones inde a Credneri temporibus publici iuris factas — quae enim ante Crednerum de hac re sunt allata, nullius fere momenti sunt — optime Boussetus congessit. (Die Evangeliencitate Iustins des

Märtyrers 1891 p. 1—12.) Omnes fere, qui de hac quaestione egerunt, initio, quaenam illa memorabilia Iustini fuerint, disputare consueverunt, scilicet ut ex ipsis Iustini verbis aut comprobent aut redarguant illius quinti evangelii usum. Sed cum omnis haec argumentatio paucis Iustini locis, quos alii alia ratione interpretantur, nitatur, aliud nobis initium praeferendum est.

Hoc unum quidem iam nunc dicendum videtur esse. Iamdudum erat cognitum et hac disputatione probabitur, Iustinum plurimis locis ex memoria verba Novi Testamenti exhibere, quod inde maxime apparet, quod Iustinus eandem sententiam alio loco aliis verbis affert. Optimo jure Semischius (Die apostolischen Denkwürdigkeiten Justins des Märtyrers 1848 p. 213 sq.) Crednero (Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften 1832) hoc opposuit; sed incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim, et cum Crednerus omnes sententiarum discrepantias evangelio illi Hebraeorum attribuat, Semischius eas a memoria deficiente repetit, quae inter contraria terminus firmus desideratur.[1])

Cum non liceat quaslibet discrepantias verborum Iustini evangelio cuidam ignoto attribuere, possint autem minimae quoque varietates loco indiligentius allato ex evangelii exemplo repetitae esse, hoc in universum monendum videtur: Non esse hominis, secundi imprimis saeculi, memoria deficere plurimis in sententiis laudandis. Quod ne nobis quidem accidit, quos putare liceat Novi Testamenti varias editiones habere, ita ut adminiculis illis, quae memoria, ut ita dicam localis, praebeat, vacemus. Lectorem veterem (iis, qui arti criticae exercendae operam dabant, exceptis) eodem semper opinabimur usum esse libro, qui difficilius editione Nestliana legebatur, qua de causa

[1]) Ne Zahnius quidem ubique erroribus Semischii se abstinuit (cf. Geschichte des Kanons I_2 p. 554). Quo loco permirum mihi videtur, quod Zahnius commemorat, cum Matth. 7_{22} et Luc. 13_{26} apud Iustinum bis, apud Origenem quinquies, apud Hilarium semel, apud Augustinum semel confundantur, eam confusionem in codices aut versiones nunquam penetrasse sed casu fortuitoque illos scriptores haec verba eodem modo confudisse. Atqui Syrus Curetonianus iam 1858 in publicum prodiit, Zahnius autem 1889 hoc scripsit. Quod si Zahnio accidere potuit, diligentissima cautio adhibenda nobis videtur esse. confer ad hanc rem infra.

veteres clara voce legisse notum est, ut Augustinus (confess. VI 3) miretur, quod Ambrosius episcopus summissa voce legere soleat. Quae cum ita sint, non est viri cauti iudicare Iustinum omnes eos locos, qui a forma vulgari verborum aberrent, minus valente memoria non ad verbum referre. „Non liquet" semper magis placebit; quis enim dubitet, quin lectio quaedam tantummodo a patre quodam omnibus codicibus tacentibus tradita esse possit, cum non sit, quod dubitemus, quin multae lectiones genuinae neque a patre ullo neque in codicibus traditae perierint.

Hae potius regulae nobis adhibendae sunt (cf. Bousset l. c. pag. 45):

a) si quod effatum compluribus locis identidem exhibetur,
b) si idem apud alios quoque auctores invenitur,
c) si aliis rebus auctorem ad verbum descripsisse probatur,

non dubium erit, quin hos locos auctor scriptos ante oculos habuerit.

Postulandum igitur videtur, ut verba ceterorum patrum conferantur, quod quidem Boussetus fecit, tum Reschius ille vir diligentissimus locos patrum illos accurate collegit (T[exte und] U[ntersuchungen] X, 1. 2. 3. Ausserkanonische Paralleltexte zu Matth., Marc., Luc.). Sed haec omnia ex pueris nondum excesserunt. Cur autem hoc in libello gravissimos modo locos patrum afferrem, causa fuit, quod omnibus allatis legentes varietate obruerentur. Codices Graeci, Latini, Syriaci mihi erant conferendi, et videbimus, quam accurate verba Iustini cum codice Cantabrigiensi, cum versionibus Latinis, quae appellantur „Itala", cum versionibus Syriacis saepissime consentiant. Quo quidem consensu iamdudum cognito multi tamen nostrae aetatis viri docti de forma illa evangeliorum, quam cum Chasio (The Syro-Latin Text of the Gospels 1895) et Nestlio (Einführung in das griechische Neue Testament[2] 1899 p. 181) Syro-Latinam appellamus, opinione praeiudicata ducuntur. Dicunt enim formam Novi Testamenti corruptam ac quasi efferatam apud hos testes manifesto apparere. Quod si igitur Iustini verba cum codice D (Cantabrigiensi) congruant, non demonstrari ea re Iustinum evangelio quinto illo usum non esse. Nos autem de-

1*

monstrabimus, quomodo Iustini verba et forma illa verborum inter se cohaereant.

Pauca de notis quibusdam postea adhibendis praemittenda sunt.

Iustinus (= I.), ut iam supra diximus, ex editione Ottonis perhibetur. Spectamus autem tantummodo apologiam (= ap.) cum appendice et dialogum cum Tryphone Iudaeo (= di.), cum soli hi duo libri consensu omnium Iustino attribuantur.[1]) Apologia a. 152 scripta, dialogus non multo post compositus esse videtur (conf. Harnack, Überlieferung der griech. Apologeten, TU I 134 sqq.), quod Romae factum esse Zahnius auctor ille clarissimus affirmat (G[eschichte des] K[anons] I 2. 457). Et apologiam quidem ibi esse conscriptam inter omnes fere constat, itemque dialogum putabimus, quamquam nonnulli viri docti de Epheso cogitent (cf. Otto, not. 2 ad di. 1_1). Codices Graeci Latinique secundum Tischendorfium (Nov. Test. Gr. editio octava major.) signantur. BℵLΞ 33. cop, cum consentiunt, signo aeg. (Aegyptia scil. forma) exhibentur, item codices 13. 69. 124. 346. signo 𝔉. β = forma evangeliorum Syro-Latina. Notae autem versionum Syriacarum hae sunt:

s^l = Syrus Lewisianus (Sinaiticus)
s^c = Syrus Curetonianus
s^{sch} = Peschito, ed. Leusden et Schaaf.
s^p = Philoxeniana
s^h = Evangelium Hierosolymitanum

quarum de versionum editionibus vide Nestle (l. c. p. 77—86) Evangelia secundum Nestlium significantur: *M* = Matthaeus *μ* = Marcus, *λ* = Lucas, *ι* = Johannes. item: *π* = *πράξεις*.

\+ = addit vel addunt
— = omittit vel omittunt
> = contra
∼ = permutat vel permutant

Initium ducimus ex loco, unde statim optime intellegemus, quaenam ratio inter singulos testes intercedat. Est autem locus

[1]) Ne tractatum quidem, „de resurrectione" qui inscribitur, defendimus, cum ipsa evangelii verba in eo allata eum spurium esse demonstrent.

de oratione Iohannis baptistae.

I. di. 49_{11} (88_{15}) = λ 3_{16} sq. = *M* 3_{11} sq. = μ 1_7 sq.

I. di. 49_{11} (88_{15}): *εγω μεν υμας βαπτιζω εν υδατι εις μετανοιαν, ηξει δε* [di. 88: *γαρ*] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βασταισαι· αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι, ου το πτυον αυτου εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει την αλωνα αυτου και τον σιτον συναξει εις την αποθηκην, το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

λ 3_{16} sq. [aeg.]: *εγω μεν υδατι βαπτιζω υμας, ερχεται δε ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου. αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι,* [17]*ου το πτυον εν τη χειρι αυτου διακαθαραι* (אBae) *την αλωνα αυτου και συναγαγειν* (אBe) *τον σιτον εις την αποθηκην αυτου, το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

λ 3_{16} sq. [β]: *εγω μεν υμας βαπτιζω εν υδατι* (D𝔉.e) [*υμας υδ. βαπτ.*: abc, *υμας εν υδ. βαπτ.*: q, a: baptizabo] *εις μετανοιαν* (CDabce(in aquam poenitentiae) f^2g^1lqr vg $s^{p\ mg}$), *ερχεται* [cqr: veniet] *δε ο ισχυροτερος μου* [Dl: *ο δε ερχομενος ισχυροτερος μου εστιν* = *M*], *ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βασταισαι* (abf^2lqr) [D: *λυσαι τον ιμαντα του υποδηματος* = ι]. *αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι* [s^1 : *εν πυρι και πνευμ. αγ.*], [17]*ου το πτυον εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει* (rell.) *την αλωνα αυτου και τον* [D + *μεν*] *σιτον συναξει* (D s^{sch}) [rell.: *συν. τ. σιτ.*] *εις την* [D om] *αποθηκην* [— *αυτου*: De], *το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

M 3_{11} sq.: *εγω μεν υμας βαπτιζω* (אB 33. f^1g^2l vg^{cd} > *βαπτ. υμ.*: rell.) *εν υδατι* [q om] *εις μετανοιαν. ο δε οπισω μου ερχομενος ισχυροτερος μου εστιν, ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βασταισαι. αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι* [s^1 : *εν πυρι και πνευμ. αγ.*], [12]*ου το πτυον εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει την αλωνα αυτου και συναξει τον σιτον αυτου* [ELUabf^1g^1qs^{omn} om] *εις την αποθηκην* [+ *αυτου*: BELUbf^1g^1m$s^{cl}s^{sch}$], *το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

μ 1_7 sq.: *ερχεται* [q: qũm veniet] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος κυψας λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου.* [8]*εγω εβαπτισα υμας υδατι, αυτος δε βαπτισει υμας εν πνευματι αγιω.*

μ 1_7 sq. [Daf²r]: *εγω μεν* | *υμας βαπτιζω* [r: ∼] *εν υδατι* [a: baptizavi] *εις μετανοιαν* (a, in D spatium post *υδατι*), *ερχεται δε* [f²r: veniet] *οπισω μου* [f² om. *δε οπ. μου*] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος* [— *κυψας*: Dabcf²g¹r vg] *λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου. και αυτος υμας βαπτισει* [D^gr: *-ζει*] *εν πνευματι αγιω.*

ι 1_{26} sq. *εγω* [+ *μεν*: 𝔖.bclqs^h] *βαπτιζω* [+ *υμας*: *Δ* abf²(∼)lq] *εν υδατι* [+ *εις μετανοιαν*: a q (b)] . . . [27]*αυτος εστιν ο οπισω μου ερχομενος, ος εμπροσθεν μου γεγονεν* [omn > aeg. nil nisi: *ο οπισω μου ερχομενος*], *ου ουκ ειμι αξιος, ινα λυσω αυτου τον ιμαντα του υποδηματος.* [EFG al[15] + *εκεινος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι.*]

Hunc locum Iustinum ad verbum attulisse paene certum est, neque id ex memoria fecisse videtur, sed adiutus codice quodam, cum tot verba aegre memoria teneantur. Quod luce clarius apparet ex consensu Iustini cum D s^sch apud Lucam, cum hi tres scribant: *τὸν σῖτον συνάξει* (contra: *συναγαγεῖν τὸν σῖτον* aeg. (*λ*), *συνάξει τὸν σῖτον* rell. (*λ*) = omnes apud *M.*) Similiter in reliquis verbis Iustinum accurate cum verbis Lucae, quae quidem praebent codices Syro-Latini, consentire reperies. Evangelii igitur Lucani exemplo Syro-Latino usus esse videtur. Duobus tantum locis aliud habet atque codices omnes: v. 16: *ἥξει* et v. 17: *οὐ τὸ πτύον αὐτοῦ*. Prius quidem in verbo „veniet“ trium codicum Italae (etiam apud *μ*) servatum esse putaveris, quamquam hoc minime certum sit, cum *ἔρχεται* male forma „venit“ reddatur. Nam cum *ἔρχεται* vim temporis futuri habeat, vox „venit“ etiam „illum venisse“ significare potest, ut mirum sit, quod non omnes codices Latini „veniet“ habeant. Atque *ἥξει* illud Iustini eadem ratione librario cuidam attribui potest, qui vim futuri clarius significari voluerit; haud scio an Iustinus ipse mutaverit. Videbimus, quod cum

hac re cohaeret, verba notionis proficiscendi vel veniendi *ἥκω*, *πορεύομαι*, *ὑπάγω*, *ἔρχομαι* et in codicibus et apud patres saepius esse permutata, sed hanc aliasque Iustini loquendi generis proprietates infra separatim tractandas nobis proposuimus. Quod etiam ad alterum illud *οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ* pertinet; nam rationem dicendi Hebraicam hoc loco in Graecam linguam penetrasse manifestum est. Iustinum autem ipsum linguae Hebraicae non peritum fuisse insigni argumento demonstravit Crednerus (l. c. p. 112 sq.), unde iam illud evangelii exemplum, quo Iustinus usus est, hanc lectionem habuisse jure colligitur.

Iustinum cum *λ* (*β*) consentire vidimus; sed haec forma Lucae secundum *M* commutata est. Librarii D I etiam amplius secundum *M* verba immutavisse videntur: *ὁ δὲ ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν* et D solus: *λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος* (sec. *ι*). Quid de hac re iudicandum sit, infra videbimus.

Hoc cum capite coniunctam Iustinus in evangelio suo haud secus ac evangelistae tradiderunt, qui nominantur synoptici, legit narrationem

de baptismate Iesu.

I. di 88_{20} (103_{19}) 88_8 = *λ* 3_{21} sq. = *M* 3_{13-17} = *μ* 1_{9-11}.

I. di 88_{20} (103_{19} vid. p. 9): *το πνευμα ουν το αγιον και δια τους ανθρωπους*, [21]*ως προεφην, εν ειδει περιστερας επεπτη αυτω, και φωνη εκ των ουρανων αμα εληλυθει, ητις και δια Δαυιδ λεγομενη, ως απο προσωπου* [22]*αυτου λεγοντος, οπερ αυτω απο του πατρος εμελλε λεγεσθαι·* [23]*Υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε.*

di 88_8: *και τοτε ελθοντος του Ιησου επι τον Ιορδανην ποταμον, ενθα ο Ιωαννης εβαπτιζεν, κατελθοντος του Ιησου επι το υδωρ* [9]*και πυρ ανηφθη εν τω Ιορδανη, και αναδυντος αυτου απο του υδατος ως περιστεραν το αγιον πνευμα επιπτηναι επ αυτον εγραψαν οι αποστολοι αυτου τουτου του Χριστου ημων.*

λ 3_{21} sq.: *εγενετο δε εν τω βαπτισθηναι απαντα τον λαον και Ιησου βαπτισθεντος και προσευχομενου ανεωχθηναι τον ουρανον* [22]*και καταβηναι το πνευμα το αγιον σωματικω ειδει ως περιστεραν επ* [D: *εις*] *αυτον, και φωνην εξ ουρανου γενεσθαι· συ ει ο υιος μου ο αγαπητος, εν σοι ευδοκησα* [Dabcf[2*]lr: *υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε*].

M $3_{13.\,16.\,17.}$: *τοτε παραγινεται ο Ιησους απο τ. Γαλιλ. επι τον Ιορδανην προς τον Ιωανην του βαπτισθηναι υπ αυτου* . . . . [16] *βαπτισθεις δε ο Ιησους ευθυς ανεβη απο του υδατος· και ιδου ανεωχθησαν οι ουρανοι και ειδεν πνευμα θεου* (אB; rell.: *το πνευμα του θεου*) *καταβαινον* [+ *εκ του ουρανου*: D it[pl]] *ωσει* [D: *ως*] *περιστεραν και ερχομενον επ* [D: *εις*] *αυτον.* [17]*και ιδου φωνη* [+ *ηκουσθη*: hs[cl]] *εκ των ουρανων λεγουσα* [+ *προς αυτον*: D abg[1]hs[cl]]. *ουτος εστιν* [Das[c]: *συ ει*] *ο υιος μου ο αγαπητος, εν ω ηυδοκησα.*

μ 1_{9-11}: *και εγενετο εν εκειν. τ. ημεραις ηλθεν Ιησους απο Ναζαρετ τ. Γαλιλ. και εβαπτισθη εις τον Ιορδανην υπο Ιωανου.* [10]*και ευθυς* [D ab om] *αναβαινων εκ του υδατος ειδεν σχιζομενους* [D: *ηνυγμενους*] *τους ουρανους και το πνευμα ωσ περιστεραν καταβαινον επ* [DB 𝔉. ag[1]: *εις*] *αυτον* [11]*και φωνη εκ των ουρανων· συ ει ο υιος μου ο αγαπητος, εν σοι ευδοκησα.*

Non ad verbum Iustinus hanc narrationem exhibet, ut tantum ex vocabulis *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* et *ἐν εἴδει περιστερᾶς* cognosci possit, illum ad Lucae formam respicere. (de di. 88_8 *πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ* cf. pag. 16 sq., de voce *ἐπιπτῆναι* et *ἐπέπτη* infra). Vocem ex caelo emissam Iustinus di. 88_{23} et 103_{19} affert, eamque ad verbum consentientem cum D it (*λ*) (secundum *ψ* 2_7 LXX). Non meum est hoc loco de vi et auctoritate huius vocis aliquid dicere, sed Iustinum vocem, quam nobis *M μ* (*λ* rell. > *β*) tradunt, ignorasse pro certo affirmo. Iustino enim theologo haec tota narratio, praecipue autem illa vox ex *ψ* 2_7 maximas difficultates prae-

bebat, cum *λόγον* sola conceptione virginis hominem factum esse arbitraretur, ex hac autem narratione Iesus baptismate et infusione Spiritus sancti filius Dei factus esse videretur. Quod quidem primo saeculo a plerisque (conf. Hebr. 1_5) credebatur; sed cum diversum illud dogma ab omnibus acciperetur, etiam vox baptismatis commutabatur in codicibus. Iustinus vero hanc alteram vocem, si cognovisset, certo verbis a se exhibitis praetulisset.

Inveniebamus Iustinum in evangelio suo orationem baptistae, qua forma eam traderet Lucas, ad verba scilicet Matthaei accommodatus, legisse; post eam baptisma Iesu et vocem baptismatis secundum Lucam. Ex his consequi videtur, illud evangelium Iustini fuisse evangelium Lucae.

Pervenimus ad caput, quo agitur

de tentatione Iesu.

I. di. 103_{18}. 125_9 = λ 4_{1-13} = M 4_{1-11} (= μ 1_{12} sq.)

I. di. 103_{18}: *ο διαβολος αμα τω αναβηναι αυτον απο του ποταμου του Ιορδανου, της φωνης αυτω λεχθεισης·*
19 Υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε· εν τοις απομνημονευμασιν των αποστολων γεγραπται προσελθων αυτω και πειραζων μεχρι του ειπειν αυτω· 20 Προσκυνησον μοι. και αποκρινασθαι αυτω τον Χριστον· Υπαγε οπισω μου, σατανα· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις.

I. di. 125_9: *οτε γαρ ανθρωπος γεγονεν, 10 ως προειπον, προσηλθεν αυτω ο διαβολος, τουτεστιν η δυναμις εκεινη η και οφις κεκλημενη και σατανας, πειραζων αυτον και αγωνιζομενος καταβαλειν δια του αξιουν προσκυνησαι αυτον. ο δε αυτον κατελυσε και κατεβαλεν· ελεγξας, οτι πονηρος εστιν παρα την γραφην αξιων προσκυνεισθαι ως θεος, αποστατης της του θεου γνωμης γενομενος. Αποκρινεται γαρ αυτω· 11 Γεγραπται· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις. Και ηττημενος και εληλεγμενος απενευσε τοτε ο διαβολος.*

λ 4_{1-13} [α]: Ιης δε πληρης πνευματος αγιου υπεστρεψεν
απο του Ιορδανου, και ηγετο εν τω πνευματι εν τη ερημω
ημερας τεσσερακοντα 2 πειραζομενος υπο του διαβολου και
ουκ εφαγεν ουδεν εν ταις ημεραις εκειναις, και συντελεσ-
θεισων αυτων επεινασεν. 3 ειπεν δε αυτω ο διαβολος· ει
υιος ει του θεου, ειπε τω λιθω τουτω, ινα γενηται αρτος.
4 και απεκριθη προς αυτον ο Ιης· γεγραπται οτι ουκ επ
αρτω μονω ζησεται ο ανθρωπος. 5 και αναγαγων αυτον
εδειξεν αυτω πασας τας βασιλειας της οικουμενης εν στιγμη
χρονου. 6 και ειπεν αυτω ο διαβολος· σοι δωσω την εξουσιαν
ταυτην απασαν και την δοξαν αυτων, οτι εμοι παραδεδοται
και ω εαν θελω διδωμι αυτην. 7 συ ουν εαν προσκυνησης
ενωπιον εμου, εσται σου πασα. 8 και αποκριθεις ο Ιης ειπεν
αυτω· γεγραπται· προσκυνησεις κυριον τον θεον σου και
αυτω μονω λατρευσεις. 9 ηγαγεν δε αυτον εις Ιερουσαλημ
και εστησεν επι το πτερυγιον του ιερου ...... 10 ... 11 ... 12 .
13 και συντελεσας παντα πειρασμον ο διαβολος απεστη απ
αυτου αχρι καιρου.

λ 4_{3-13} [β] 3 ... ει υιος ει του θεου, ειπε ινα οι λιθοι
ουτοι αρτοι γενωνται (Dr). 4 και αποκριθεις ο Ιης ειπεν·
γεγραπται [— οτι: D 𝔉.] ουκ επ αρτω μονω ζησεται ο αν-
θρωπος, αλλ εν (D) παντι ρηματι θεου (AD unc^{post} it
vg s^{sch}) 9 ηγαγεν δε αυτον εις Ιερουσαλημ . . 10 . . 11 . . 13 .
5 και αναγαγων αυτον ο διαβολος (omn > aeg. Dae) εις
ορος υψηλον (omn > aeg. bg^1) λειαν (D 𝔉.clδr) και εδει-
ξεν αυτω πασας τας βασιλειας του κοσμου (Df) εν
στιγμη χρονου 6 και ειπεν προς αυτον (Dabceq) [— ο
διαβ.: bfs^1] σοι δωσω την εξουσιαν ταυτην απασαν και
την δοξαν αυτων, οτι εμοι παραδεδοται και ω εαν θελω
διδωμι αυτην. 7 συ ουν εαν πεσων (abeff^{2}g^{1}lqr) προσ-
κυνησης ενωπιον εμου, εσται σου πασα 8 και αποκριθεις ο
Ιης ειπεν αυτω· υπαγε οπισω μου, σατανα (bclqr
unc^{omn} > aeg. Dacff^{2}g$^{1.2}$), γεγραπται γαρ· (bqVW^b ΔΛ 69.)
κυριον τον θεον σου προσκυνησεις [aeg. D it (> a) > rell.:
προσκ. κυρ. τ. θ. σ.] και αυτω μονω λατρευσεις. [[Hunc
ordinem verborum (5—8 post 9—12) habent: bcfg^{1}lqr.
a habet sic post versum 4: adduxit eum Hierusalem et statuit
eum supra pinnam templi et ostendit illi omnia regna orbis

terrarum .... [9]et adduxit illum in Hier. et statuit illum supra pinnam templi et dixit illi: Si filius es Dei .....]] [13]*και συντελεσας παντα πειρασμον ο διαβολος απεστη απ αυτου αχρις χρονου* (D).

M 4_{1-11}: *τοτε ο* $\overline{Ιης}$ *ανηχθη εις την ερημον υπο του πνευματος πειρασθηναι υπο του διαβολου.* [2]*και νηστευσας ημερας τεσσερακοντα και τεσσερακοντα νυκτας, υστερον επεινασεν* [3]*και προσελθων ο πειραζων ειπεν αυτω* [ℵB 33. 13. 124.1.157.209. f[1]kl vg s[sch] > *και προσελθων αυτω ο πειραζων ειπεν:* E unc[9] fg[1]s[p] > *και προσηλθεν αυτω ο πειραζων και ειπεν αυτω*: Dabg[2]hs[cl]]· *ει υιος ει του θεου, ειπε, ινα οι λιθοι ουτοι αρτοι γενωνται.* [4]*αποκριθεις δε ο* $\overline{Ιης}$ [D it s[cl] > rell.: *ο δε αποκρ.*] *ειπεν· γεγραπται· ουκ επ αρτω μονω ζησεται ο ανθρωπος, αλλ εν* (D > rell.: *επι*) *παντι ρηματι θεου* (Dbg[1.2]s[h]) [rell.: *επι παντι ρηματι εκπορευομενω δια στοματος θεου*, k om *αλλ — θεου* = *λ* (*α*)] [5]*τοτε παραλαμβανει αυτον ο διαβολος εις την αγιαν πολιν* ...... [6]. [7] [8]*παλιν παραλαμβανει αυτον ο διαβολος εις ορος υψηλον λιαν και δεικνυσιν* [D: *εδειξεν*] *αυτω πασας τας βασιλειας του κοσμου και την δοξαν αυτων* [9]*και ειπεν αυτω· ταυτα σοι παντα δωσω, εαν πεσων προσκυνησης μοι.* [10]*τοτε λεγει αυτω ο Ιησους· υπαγε σατανα* [*υπαγε οπισω μου* (s[1]: *σου*) *σατανα:* DELUZΓ it (> fk) s[clp]] *γεγραπται γαρ· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις. τοτε αφιησιν αυτον ο διαβολος, και ιδου αγγελοι προσηλθον και διηκονουν αυτω.*

μ 1_{12} sq.: *και ευθυς το πνευμα* [+ *το αγιον*: D] *αυτον εκβαλλει* [DΔ 𝔉. 33. it ∼] *εις την ερημον,* [13]*και ην* | *εν τη ερημω* [KΠ*: *εκει*] *τεσσερ. ημερ.* [+ *και* D it (s[1]: *οτε*)] *πειραζομενος υπο του σατανα και ην μετα των θηριων.*

Quid porro Iustinum in evangelii exemplo suo legisse putabimus? Quid post *λ* 3_{22}? Hoc Iustinus manifestum reddit di. 103_{19}: *ὁ διάβολος ἅμα τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ἰορδάνου (τῆς φωνῆς αὐτῷ λεχθείσης· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε) ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν*

ἀποστόλων γέγραπται προσελθὼν αὐτῷ καὶ πειράζων μέχρι τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ· προσκύνησόν μοι· καὶ ἀποκρίνασθαι τὸν Χριστόν· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Narrationem ergo baptismatis in evangelio Iustini tentatio Iesu excepit. Deerant igitur nomina maiorum Iesu. Quod paullo audacius conclusum si videatur, locos perscrutemur, e quibus cognoscatur, utrum Iustinus omnino illa nomina nota habuerit necne, quod negandum esse pro certo habeo. E silentio concludi potest, ut supra in voce baptismatis fecimus. Iustinus enim, si maiores Iesu nominatim novisset, illis nominibus apud Tryphonem usus esset, quibus ei Iesum a Davide originem trahere plane demonstraret. Sed nihil tale ibi legimus, sed vaticiniis Veteris Testamenti et verbis Lucae (1_{27}) usus Mariae genus a Davide et a patriarchis ducit. Locus autem clarissimus Iustini hic est: (di. 100_9) *υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἤτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ παρθένου, ἥτις ἦν,* [10]*ὡς ἔφην* (scil. di. 43), *ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἀβραὰμ γένους, ἢ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τὸν* [11]*Ἀδὰμ πατέρα καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος. καὶ γὰρ πατέρας τῶν γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων τοὺς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιστάμεθα.* Sunt, qui loco modo allato de stemmate Mariae aliquid significari arbitrentur (Semisch, l. c. p. 97, Zahn, GK I 504), quod equidem probare non possum. Quod enim ordinem nominum attinet, quo ab imo incipiente illud Lucae stemma significari videatur, alio loco (di. 120) Iustinus nomina contrario ordine enumerat. Atque cum constaret Christum a Davide oriri (Ies. 7_{14}), illa nomina, quae affert Iustinus, omnibus erant in promptu. Illo autem *τούτων τῶν κατηριθμημένων* nihil nisi id quod antea commemoraverat, nomina videlicet Davidis aliorumque designari potest (conf. Credner I 212). Atque aliis locis (di. 43. 45. 68.), quibus Iustinus Tryphoni persuadere studet effatum Iesaiae (7_{14}) in Christum et Mariam dictum esse, nunquam stemmatibus, sed aliis Veteris Testamenti locis utitur. Cum ita res se habeat, Iustinum neque stemma Lucae neque Matthaei, quae sunt stemmata Iosephi, novisse mihi quidem certum est.

Non igitur tam temere conclusum mihi videtur, in evangelii

exemplo Iustini baptisma Iesu a narratione tentationis exceptum fuisse. Sed quid de illa tentationis narratione Iustini dicendum erit? Lucas enim ipse (λ 4_1) tentationem et baptisma Iesu coniungit. Sed Iustini relatio tentationis non ad Lucam, sed ad Matthaeum pertinet, quod mihi memoratu valde dignum videtur. Utroque loco (di. 103 et 125), quo Iustinus hac de re verba facit, adventus diaboli voce *προσελθεῖν* notatur (*προσελθὼν*, *προσῆλθεν*), utroque loco tentatio in monte facta postrema exhibetur, quod di. 103 demonstratur illo *μέχρι τοῦ εἰπεῖν*, di. 125 verbis extremis mentionem tentationis sequentibus: *καὶ ἡττημένος καὶ ἐληλεγμένος ἀπένευσε τότε ὁ διάβολος*. Responsionem Iesu Iustinus his verbis affert: *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· γέγραπται· κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις* (quod prima verba di. 125 omittantur, rerum ordo, quem illo loco habemus, effecit). Quae omnia statim nos ad Matthaeum remittunt. Sed si tentationis narrationes, quales habemus apud Matthaeum et Lucam, inter se secundum formam, quam praebent codices Syro-Latini, comparemus, non ovum tam simile ovo reperias quam Lucam Matthaeo. Non solum, quod nonnulli „Italae“ codices apud Lucam secundam et tertiam tentationem inter se permutaverunt, verba diaboli, responsiones Iesu apud Lucam in hisce codicibus cum illis apud Matthaeum mira ratione consentiunt. Non parvi momenti esse etiam illud mihi videtur, quod *προσελθὼν αὐτῷ* aut *προσῆλθεν αὐτῷ* (quod Iustinum legisse puto) a nullo codice nisi a Cantabrigiensi in *M* exhibetur. Verba *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ·* et apud *M* et apud λ inveniuntur, sed praeter inferioris aetatis codices solum in codicibus Italae, cum classis Aegyptia Origenem magistrum sequatur (conf. Orig. 3_{540}: *πρὸς μὲν τὸν Πέτρον εἶπεν· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ. πρὸς δὲ τὸν διάβολον· ὕπαγε σατανᾶ, χωρὶς τῆς ὀπίσω μου προσθήκης· τὸ γὰρ ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν*).

Quomodo hic consensus Matthaei cum Luca apud illos testes explicari potest? itane, ut Lucam putemus secundum Matthaeum conformatum esse? Quam explicationem quominus accipiamus, impedimur eo, quod in prima responsione Iesu consensus eo modo efficitur, ut D in Matthaeo *ἐκπορευομένῳ*

διὰ στόματος omittat, in Luca *ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι θεοῦ* addat. Non igitur aut Lucas ex Matthaeo aut Matthaeus ex Luca pendet, sed uterque continetur alio nescio quo evangelio, cuius de forma num Iustinus aliquam nobis rationem reddere possit, videamus.

Optimo jure Iustini evangelium orationis formae, quam *β* cum in Matthaeo, tum in Luca habet, simillimum fuisse affirmare possumus. Quid porro? Ordo narrationum in evangelio Iustini datarum hic erat: primum oratio baptistae, composita ex *M* et *λ*, deinde baptisma Iesu secundum *λ*, tum tentatio Iesu, e *M* et *λ* commixta. Corpus igitur habemus Lucanum membris Matthaei adiunctis stemmate Lucae omisso. Quale putabimus illud evangelium fuisse? Notitiam habemus harmoniae cuiusdam evangeliorum, quam a Tatiano stemmatibus omissis compositam *διὰ τεσσάρων* inscriptam fuisse Eusebius (h. e. 4_{29}) et Epiphanius (haer. 46_{9}) testantur. At Iustinus illo *διὰ τεσσάρων* usus esse non potest, cum Tatianum Iustino mortuo id edidisse constet. Et Zahnius quidem Tatiani harmoniam nunquam Graeco sermone exstitisse affirmat; sunt autem viri doctissimi, qui de hac affirmatione dubitent. (J. R. Harris, The Diatessaron of Tatian, a preliminary study, Cambr. 1890. A. Harnack, Th Lz 1891 p. 356. E. Nestle, Einführung in das Griech. N T.² 1899 p. 180 sq.) Nonne Tatianum, cum Iustinum saepius in verbis evangeliorum afferendis cum evangeliis Syriacis consentire, illa vero cum harmonia Tatiani nescio qua ratione cohaerere sciamus, a Iustino magistro cum doctrina etiam verba evangelii accepisse vero esse proximum videtur? Intercedere profecto magnas et multas similitudines inter Iustini evangelium et illud *διὰ τεσσάρων* Tatiani ostendi potest et ostendemus. Num audacius collectum videtur illud quoque, quo Iustinus usus est, evangelii exemplum harmoniam quandam evangeliorum fuisse? Minime gentium! Quare statuimus commentariorum Iustini eandem esse ac formae evangeliorum Syro-Latinae quaestionem, quae solvatur, si Iustinum et librarios quosdam archetypi Syro-Latini eandem harmoniam evangeliorum in manibus habuisse ponamus, illum in verbis evangelii laudandis, hos, ut emendarent evangeliorum seiunctorum codices.

Iustini evangelium fuisse harmoniam evangeliorum iam

Engelhardtus (Das Christentum Justins des Märtyrers, 1878 p. 335 sqq.) defendit, etsi argumentatione philologica, quae singula tractat, supersedit, at Zahnius (G K I 536) et Boussetus (l. c. p. 51) quidem illud arbitrium omnium quaecunque hac in re prolata sint, maxime perplexum et insolentissimum appellant. Quo autem iure hoc faciant, videbimus. Veteres quoque nonnulli auctores eandem nostram sententiam probant, ex quibus ante alios nominandi sunt: H. E. Paulus (exeget. krit. Abhandl. 1784. 1822[2]), Storrius (über d. Zweck d. evangel. Geschichte und Briefe d. Joh., 1786), Gratzius (krit. Untersuchungen über Justins apost. Denkwürdigkeiten, 1814).

Nostrum erit perpensis reliquis, quae a Iustino ex evangeliis allata sunt, demonstrare nostram opinionem esse rectam. Sed praemittenda sunt nonnulla ad ea, quae in superioribus exposuimus, additamenta.

1. In narratione tentationis etiam Tatianus illud *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ* praebet (Zahn, F[orschungen zur] G K I 125 sq.).

2. Iustinum post λ 3_{22} tentationem Iesu legisse diximus. At novit versum illum 23, quo agitur de aetate Iesu: (di. 88_5) *καὶ γὰρ γεννηθεὶς δύναμιν τὴν αὐτοῦ ἔσχε· καὶ αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, χρώμενος τοῖς ἁρμόζουσιν, ἑκάστῃ αὐξήσει τὸ οἰκεῖον ἀπένειμε, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφάς, [6]καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κῆρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὁδὸν προϊών, ὡς καὶ προαπέδειξα* (scil. di. 49). *καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμόν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε* ... Ante igitur baptisma Iesu in evangelio Iustini ille versus erat positus, quocum conferas Tatiani harmoniam (Zahn, F G K I 123): „et ipse Iesus erat annorum quasi triginta, quando venit, ut baptismum a Ioanne reciperet“ (sequitur Iesu baptisma) et eadem versus istius collocatio etiam in Tatiano Arabico (ed. Ciasca, 1888 p. 7[lat.]) conservata est. Atque in codicibus et apud patres illud „quando venit“ invenitur, nempe pro *ἀρχόμενος* habent *ἐρχόμενος* 700 Clem. (add.: *ἐπὶ τὸ βάπτισμα*), Iren [lat. 148] (*ὡς ἀρχ. τρ. ἐτῶν ἐρχ. ἐπὶ τ. βάπτ.*), quod ex illa permutatione verborum exstitisse constat. Quae

denuo versus λ 3_{24-38} in evangelio Iustini omissos et illud evangelium exemplum Tatiani harmoniae fuisse demonstrant.

Neque vero obstat opinioni nostrae, quod Iustinus etiam verba novit eiusdem versus λ 3_{23}: *ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ.* Loco enim di. 88_{15} invenimus: *καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν* .... Haec autem verba cum illis modo allatis adeo erant coniuncta, ut nemo ea secernere auderet.

3. di. 88_8 (continuatio loci supra dati) praebet verba: *καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζεν, κατελθόντος ἐπὶ τὸ ὕδωρ, ⁹καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ' αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν.* Secundum igitur Matthaeum Iustinus hic adventum Iesu ad Iordanem et baptisma describere videtur, cum paulo post (di. 88_{20}) Lucam sequatur. Quid mirum? Licebat certe Iustino alias Matthaeum alias Lucam sequi. At cum di. 88_{20} id, quod dixit 88_8 (cf. *ὡς προέφην*), verbis *ἐπιπτῆναι* et *πνεῦμα τὸ ἅγιον* iteratis repetat, nonne utrumque locum ad unam et eandem formam narrationis referri verisimilius videtur? Locum vero priorem Semischius et Paulus ea ratione interpretantur, ut statuant solam conprehensionem ad *ἔγραψαν* pertinentem ab evangelio esse ductam, at illud *καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ* additamentum esse Iustini fortasse sermone hominum ei traditum, quod Iustinus ipse verborum constructione commutata designare voluerit. Sed nimis subtiliter hoc collegisse videntur, praesertim cum Iustinum illud additamentum, si ex suo addidisset, non in prima sententia ante evangelistarum verba positurum fuisse putandum sit. Et hoc additamentum, quo ignis ille commemoratur — praeter nonnullos magis alienos auctores, de quibus conferas compositionem Bousseti (l. c. p. 57) — exstat in duobus versionis Italae codicibus apud Matthaeum.[1]) Clamabunt statim hos esse „occidentales", itaque neglegendos.

---

[1]) ag¹: et cum baptizaretur (g¹ + Iesus), lumen ingens (g¹: magnum) circumfulsit (g¹: fulgebat) de aqua, ita ut timerent omnes, qui advenerant (g¹: congregati erant).

Sane occidentales, itaque optimi! Accedit, quod etiam Tatianus hoc additamentum novit (Zahn, FGK I 124 sq.). Ubique in progrediendo ille nobis Iustini cum Tatiano consensus se offert, qui solus quaestionem illam, Iustinusne in di. 88_8 Matthaeum, in di. 88_{20} Lucam sequatur, tollere potest: neutro Iustinum usum fuisse vel ut melius dicam, utroque, id est harmonia illa evangeliorum. Unde etiam hoc explicatur, quomodo factum sit, ut ex tanto codicum numero illi tantum duo, non Cantabrigiensis, non Syriaci illud additamentum praebeant. Certe evangelia singula secundum illam harmoniam a singulis librariis emendabantur, quorum alii illa verba receperunt, alii omiserunt. Non meum est hoc loco eam quaestionem tractare, quomodo forma Syriaca et Tatianus inter se cohaereant.

4. Adventum, cultum, vestitum baptistae Iustinus nisi significatione quadam levi non ostendit: (di. 88_{13}) *Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου καὶ κηρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας, καὶ ζώνην δερματίνην καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου μόνον φοροῦντος καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον,* [14]*οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν, πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα·* [15]*οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος· ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι.* Cum Iustinum hic memoriam suam, non verba evangelii sequi certum sit, ille locus in argumentationem quidem adhiberi minime potest. Cum tamen etiam hic ex aliis evangeliis alia, e Matthaeo vestitus, e Marco *ἐσθίων*, e Matthaeo et Marco victus, e Iohanne vox baptistae, sint allata, nostra propositio etiam hoc loco aliquatenus comprobari videtur. Illud autem *οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος* a Iohannis evangelio ortum esse Boussetus quidem negat (l. c. p. 66), et ad evangelium canone non receptum revocat. Sed qua de causa hoc fecerit, equidem nescio; verba enim quarti evangelii clarissime elucent.

Lucam porro sequemur ducem in verbis certo ordine tractandis, cum Lucae descriptionem toti illi harmoniae formae fuisse cognoverimus. Primam tamen sententiam solus Matthaeus praebet.

De prima Iesu oratione.

I. di. 51_1 = *M* 4_{17} (= *μ* $1_{14.15}$) cf. *λ* 4_{14} sqq.

Iustinus sic refert: *Ἰωάννης μὲν προελήλυθεν βοῶν τοῖς ἀνθρώποις* [2]*μετανοεῖν, καὶ Χριστὸς ἔτι αὐτοῦ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ ἐπελθὼν* [3]*ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν καὶ βαπτίζειν, καὶ εὐηγγελίζετο καὶ αὐτὸς λέγων ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Iesum igitur poenitentiam primo pronuntiasse Iustinus in evangelio suo legisse non videtur, praesertim cum baptistae orationi poenitentiam postulanti Iesu evangelium opponat. Idem habent Tatianus (Zahn, FGK I 130) et ks[cl].[1]) Eusebius (dem. ev. 9_8) quidem et codices Dk hanc sententiam optime cum verbo Iesaiae coniungunt, quod antecedit, ut etiam hi illud *μετανοεῖτε* reprobare videantur, atque Blassio auctore (Beiträge zur Förderung christl. Theologie 1900 IV 9 sq.) etiam Chrysostomus lectionem Syro-Latinam probat.

De Iesu sententia quam cum Matthaeum discipulum sibi adsciverit, protulerit:

οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.[2])

I. ap. I 15_{11} = *λ* 5_{32} = *M* 9_{13} = *μ* 2_{17}.

I. ap. I 15_{11}: *ουκ ηλθον καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

λ 5_{32} (*α*): *ουκ εληλυθα καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

λ 5_{32} (*β*): *ουκ ηλθον* (C[3]D 1. 28. 157. 47[ev]) *καλ. δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

M 9_{13}: *ου γαρ ηλθον καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους*
+ *εις μετανοιαν*: c g[1.2] s[l] sp mg unc[rell]
> ℵBV*Γ*ΔDabff[1]hklq vg s[sch p]

μ 2_{17}: *ουκ ηλθον* [CLcff[2]g[2] vg: *ου γαρ ηλθον*] *καλ. δικ. αλλα αμαρτωλους*
+ *εις μετανοιαν*: CΓ unc[8] acf[1]g[1]r
> BℵL KMΠ Dbeff[2]g[2]ilq vg s[sch sp]

---

1) *M* 4_{17}: *ἀπὸ τότε γὰρ* (Dk; rell. om; Eus. *γοῦν*) *ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέγειν·* [— *μετανοεῖτε*: ks[cl] Eus[cod P (non S)]] *ἤγγικεν* [— *γὰρ*: eidem] *ἡ βασιλεία τ. οὐρ.*

2) Nomen illius viri est sic traditum: *M* 9_9: *Μαθθαῖος*; *μ* 2_{14}: *Λευεὶν τον τοῦ Ἀλφαίου*: plerique > D 13. 69. 124. abcef[2]g[1]r: *Ἰάκωβον*

Verba, quae in harmonia erant, nobis λ [β] servavit. Cum inter tria illa evangelia hoc loco maior esset consensus, forma Lucana, quae additum habebat *εἰς μετάνοιαν, ἐλήλυθα* tantum secundum Matthaeum in *ἦλθον* commutato remanserat. Quod apud *M* et *μ* in nonnullis codicibus Latinis veteribus illud *εἰς μετάνοιαν* additur, secundum harmoniam emendati aut corrupti esse videntur.

De nominibus discipulorum.

Iesum Simoni Petri nomen dedisse atque Zebedaidas tonitrui filios appellasse Iustinus loco, qui iterum atque iterum in controversiam venit, (de qua vide infra), narrat: (di. 106_8) *καὶ τὸ εἰπεῖν* [9]*μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι* [10]*ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφούς, υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας, μετωνομακέναι ὀνόματι τοῦ Βοανεργές, ὅ ἐστιν* [11]*υἱοὶ βροντῆς* . . . . Forma evangeliorum nunc recepta illam appellationem apud Marcum praebet: (3_{16}) [*καὶ ἐποίησε τοὺς δώδεκα*], *καὶ ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ Σίμωνι Πέτρον* [17]*καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάνην, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὄνομα* [cf. Ti.: *ὀνόματα* (!), proinde quasi *Βανηρεγές* complura nomina sint] *Βανηρεγές*[1]), *ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Quae in nostris editionibus nusquam nisi apud Marcum exstant. At λ 6_{14} unus D haec habet: *Σίμωνα, ὃν καὶ Πέτρον ἐπωνόμασεν, καὶ Ἀνδρέαν, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὓς ἐπωνόμασεν βοανηργές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Sunt, qui clament esse Lucam e Marco corruptum. Sed quis est, quin sciat interpolatores ad verbum sententias plerumque exscripsisse, neque usquam fere sua ipsorum verba adhibuisse, cum hoc loco aliquantum intersit inter Lucae et Marci verba. Conferens

---

τὸν τοῦ Ἀλφαίου; λ 5_{27}: *Λευεὶ* [D + *τὸν τοῦ Ἀλφαίου*]. Tatianus quoque (Zahn FGK I 129 sq.) Iacobum habuit; id igitur nomen harmoniae compositor, qui unum modo Alphaidem novit, elegisse videtur.

[1]) Nomen videlicet secundum 700. 473. in μ 3_{17} cum apud μ, tum apud λ *βανηρεγεζ(σ)* scribendum est, cum *βοανεργες* ab interpretibus corruptum sit. s^{l} habet: בני רגשי verbis *ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς* omissis. s^{sch} autem habet: בני רגש דאיתוהי בני רעמא. Huic interpreti igitur vox רגש non iam per se notionem tonitrui habebat, ut num *υἱοὶ βροντῆς* recta interpretatio nominis sit, quaeri possit.

cum illis Iustini locum statim commoveor, quod Iustinus verbo cum ὀνομάζω composito, ut D in λ, una cum appellationibus υἱοὶ Ζεβεδαίου et ὀνόμα[τι τοῦ] Βοανεργές, ut Marcus, utitur. Codices vero Latini ebc in μ habent: e post Σίμωνι Πέτρῳ, bc post ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου: „communiter autem vocavit [c: convocavit, i. e. ὀνομάζω, ἐπονομάζω, μετονομάζω ut D in λ] eos [b: illos] boanerges, quod est [e + interpraetatum] fili tonitrui. erant autem hi [c om] Simon et Andreas, Iacobus et Iohannes, Philippus etc."[1] ... Quid iam de hac re iudicabimus? Lucamne ex Marco, Marcum (β) ex Luca esse corruptos? Minime eo perducemur, sed compositor harmoniae hanc narrationem e Marco sumpsit atque, haud scio an hoc modo, scripsit: καὶ τὸν Σίμωνα [ὃν] Πέτρον μετ[επ]ωνόμασεν, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οὓς ἐπ[μετ-]ωνόμασεν ὀνόματι τοῦ Βανηρεγές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς. Inde illud ἐπωνόμασε codicem D apud Lucam, codices ebc in μ, quorum librarii verba permutaverunt, invasit.

Ad caput difficillimum, ne dicam inexplicabile, pervenimus, nempe ad ea, quae

de oratione Iesu in monte habita

Iustinus affert verba. Postquam statuimus compositorem ita egisse, ut Lucae narrationi Matthaei verba insereret atque aptaret, necessario iam quaeremus, quonam modo illa oratio fuerit cum Lucae narratione coniuncta.

Neque praedicationes beatitatis neque versus insequentes Iustinus usquam commemorat. Versum demum $M\,5_{16}$ in apologia (I 16_2) sic affert: λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι [3]τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, cum in M (5_{16}) locus lectione non fluctuante sic se habeat: οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα

---

[1]) Non puto his verbis nomen Boanerges omnibus discipulis dari, sed illud „communiter" tantum ad illos modo nominatos pertinere. Verbis autem, quae sequuntur, catalogus apostolorum denuo incipit. Librarius codicis e ab altera voce μετωνομασεν ad alteram transiluit.

καὶ δοξάσωσιν τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. At similiter ac Iustinus legerunt: Clem.[al] [bis] Eus. Orig. [ter] Tert. [bis] (conf. Resch, TU X 2. 69 sqq.), qui pro vocabulo *φῶς* vel *καλὰ ἔργα* vel *ἔργα* ponunt. Audacius nobis collectum esse videtur, esse hanc lectionem evangelii cuiusdam veterrimi, cum nihil, quominus eam nostri Matthaei lectionem quandam antiquam esse defendamus, impediat. Persaepe enim librarios ab imagine discessisse et interpretationem ipsam in simile inseruisse scimus.[1]) Cum Lucas taceat, neque illud pro certo constitui potest, quonam loco Lucae versus fuerit adiunctus, etsi haud falso conici mihi videatur, in harmonia Matthaei 5_{13-37} inter versum 26 et 27 capitis sexti Lucae fuisse insertos, quocum optime consentit, quod legimus in Evangelii concordantis expositione facta a S. Ephraemo Syro, Armen., in Lat. translata ab Ioanne Bapt. Aucher, ed. G. Moesinger 1876 p. 64. Hic est enim commentarius in Tatiani harmoniam.

Horum igitur versuum, quos quidem Iustinus affert, conspectum tantum quendam praebebimus nulla certa sententia pronuntiata.

M 5_{20} = I. di. 105_{15}. *ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Quod D hunc versum omittit, causa est homoeoteleuton cum versu superiore.

M 5_{22}: *πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* [— *εἰκῇ*: ℵB$Δ^2$ 48. 198. vg.] *ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει . . . . . ὃς δ' ἂν εἴπῃ· μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γεένναν τοῦ πυρός.*: I. ap. I 16_2: *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ.* Iure dubitatur, num haec verba, quamquam etiam Origenes illud *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ* habet, quoddam argumentationis fundamentum praebere possint, cum Iustinus ea certe non diligenter allata inter *M* 5_{40} et 5_{41} ponat.

M 5_{28}: *πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι* [+ *αὐτῆς*: ℵ[b]M it vg] *ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.*: I. ap. I 15_2: *ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ θεῷ.* Verbum

---

[1]) Quomodo Blass, Euangelium sec. Matthaeum Lips. 1901 verba Matthaei secundum Iustinum et Chrysostomum refecerit, vide ibd.

ἐμβλέπω pro βλέπω (Reschio auctore) etiam Clem.[al] Did. Constit. Tatianus („quicumque aspicit et concupiscit, adulterat", Moesinger l. c. 66.) tradunt, sed ne hic quidem quicquam statuere audeo.

$M\ 5_{29} = M\ 18_9 = \mu\ 9_{47} =$ I. ap. I 15_3: *„de offensionibus"*.

I. ap. I 15_3: *ει ο οφθαλμος σου ο δεξιος σκανδαλιζει σε, εκκοψον αυτον. συμφερει γαρ σοι μονοφθαλμον εισελθειν εις την βασιλειαν των ουρανων η μετα δυο πεμφθηναι εις το αιωνιον πυρ.*

$M\ 5_{29}$: *ει δε ο οφθαλμος σου ο δεξιος* [D[gr] + *σου*] *σκανδαλιζει σε, εξελε αυτον και βαλε απο σου. συμφερει γαρ σοι, ινα αποληται εν των μελων σου και μη ολον το σωμα σου βληθη εις γεενναν.* [*σου απελθη εις γεενναν*: Dabcg[1]hs[cl]]

$M\ 18_9$: *και ει ο οφθαλμος σου σκανδαλιζει σε, εξελε αυτον* | *και βαλε απο σου* [Chr om]. *καλον σοι εστιν μονοφθαλμον εις την ζωην εισελθειν* [ef[1] Chr: *εισελθ. εις τ. ζ.*] *η δυο οφθαλμους* [s[1] r om] *εχοντα βληθηναι εις την γεενναν του πυρος* [D om; ef: *εις το αιωνιον πυρ*].

$\mu\ 9_{47}$: *και εαν ο οφθαλμος σου σκανδαλιζη σε* [D[gr]: *και ο οφθ. σου ει σκανδαλιζει σε*] *εκβαλε αυτον. καλον σε εστιν* (aeg.) [*σοι εστιν*: rell., *εστ. σοι*: M* it] *μονοφθαλμον* [k: quacumque parte corporis debilem] *εισελθειν* [D: *απελθειν*] *εις την βασιλειαν του θεου η* | *δυο οφθαλμους εχοντα* [k: integrum] *βληθηναι εις την γεενναν* (aeg. D it[6]) [+ *του πυρος*: rell.; *εις το πυρ το ασβεστον*: F].

λ similia non habet.

Etsi hic omnia fere perturbata atque confusa sunt, tamen Iustini verba compositio trium locorum illorum esse videntur: initium ex $M\ 5_{29}$, *μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν* [*τῶν οὐρανῶν*] e $\mu\ 9_{47}$, cum ignis aeternus nusquam nisi in codicibus duobus versionis Italae ($M\ 18_9$) praebeatur. De illo *ἢ μετὰ δύο* (quod etiam apud Orig.[3. 603]) et de voce *πεμφθῆναι* conf. infra. Diiudicare, quid ex evangelio sumptum sit, quid Iustinus ipse memoria deficiente commutaverit, neminem posse arbitrer.

M 5_{32} = *λ* 16_{18} = *μ* 10_{12} = *M* 19_9 = I. ap. I 15_4: „*de nuptiis dimissae*" alio loco tractanda sunt. conf. infra.

De iure iurando.

M 5_{37} = I. ap. I 16_7, quo loco Iustinus cum nonnullis patribus contra omnes codices verba auctoris sincera nobis tradit: *μὴ ὀμόσητε ὅλως. ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ.* At Matthaeus noster pervulgatus: *ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν* praebet, sed quis eo modo sensus exstet, ego quidem non video, quamquam scire sibi videtur B. Weiss, quippe qui testes interrogare neglegat. Habent enim Iustini lectionem (sec. Resch, TU X 2. 96) etiam Clem^{hom} Clem^{al} Cyr. Const. Eus.[1]) (cf. Blass, euang. Matth. ad *M* 5_{37}). Quodsi Tatianus (sec. Zahn FGK I 133) cum Iustino non congruit, haud scio an id nobis indicet, quo tempore illa lectio nimis pro! divulgata se insinuaverit.

Tandem in locum, quo consistamus, cum iam denuo Lucas appareat, statimque ad eandem propositionem atque antea pervenimus:

De talione.

1. I. ap. I 16_1 = *λ* 6_{29} = *M* 5_{39} sq.

I. ap. I 16_1: *τω τυπτοντι σου την σιαγονα παρεχε και την αλλην, και τον αιροντα σου τον χιτωνα η το ιματιον, μη κωλυσης.*

λ 6_{29} [*α*]: *τω τυπτοντι σε εις την σιαγονα παρεχε* [+ *αυτω*: D 28. 𝔉. it(> f^2) $s^1 s^{sch}$] *και την αλλην, και απο του αιροντος σου το ιματιον, και τον χιτωνα μη κωλυσης.*

---

[1]) Addendus est Chrysostomus, hom. in *M*$_{17}$. Editiones quidem formam commixtam praebere solent: *ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ, τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ* (it. edit. Montfauconis Par. Lips. 1836. VII$_{261}$), deest autem *ὁ λόγος* in editione Moreliana Par. 1636 I 218 et in editione furtim exscripta 1697, item omittunt codd. Fieldii. D. Blassio, magistro meo maxime venerando, qui non solum primus mihi hoc ostentavit, sed etiam quoquo modo me in hac quaestione elaboranda adiuvit, gratias singulares etiam hoc loco agam.

λ 6_{29} [*β*]: *τω τυπτοντι σε εις την σιαγονα παρεχε αυτω και την αλλην, και απο του αιροντος σου τον χιτωνα και το ιματιον μη κωλυσης* (bdf²g¹lqr) [s¹: *ιματιον η χιτωνα*].

M 5_{39}sq: *αλλ οστις σε ραπιζει εις* (aeg. > rell.: *επι*) *την δεξιαν σιαγονα, στρεψον αυτω και την αλλην·* ⁴⁰*και τω θελοντι* [D: *ο θελων*] *σοι κριθηναι και τον χιτωνα σου λαβειν αφες* [D: *αφησεις*] *αυτω και το ιματιον*.

Matthaeus litem describens praeter vilem tunicam (i. e. *χιτῶνα*) pretiosius pallium (i. e. *ἱμάτιον*) impudenti insuper dari vult, cum Lucas latrocinium in animo habeat, in quo prius pallium abripiatur, tum tunica addenda sit. Forma verborum Iustini Lucam resipit (*τύπτοντι, πάρεχε, αἴροντος, μὴ κωλύσῃς*), sed hac cum ratione verborum sententiam Matthaei commixtam videmus. Compositor enim ille ordinem Matthaei (*χιτὼν — ἱμάτιον*) Lucae narrationi ingessit et ita imaginem subtilem pessum dedit. Eandem rationem in septem Italae versionis codicibus invenimus, qui apud Lucam Matthaei positionem: *χιτῶνα — ἱμάτιον* praebent, atque similiter Syrus Lewisianus *ἱμάτιον ἢ χιτῶνα* habet. Lectionem Italae facile quis corruptam ex Matthaeo iudicaverit, contra lectio Syriaca certo non ex eodem fonte emanavit. Illud *ἢ* nusquam apud Matthaeum invenitur, sed Iustinus et Lewisianus ex eodem auctore pendent, scilicet ex harmonia, quae habuit: *χιτῶνα ἢ ἱμάτιον*. Horum verborum illi codices Italae ordinem, particulam *ἢ* Lewisianus receperunt.

2. Exinde illam sententiam excipientem versum Matthaei (5_{41} = ap. I 16_2) Iustinum in evangelio suo legisse verisimile est, neque ideo, quod Iustinus: *παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον ἀκολούθησον δύο*, Matthaeus: *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο*, sed Dabcg¹hk vg, f¹l Ir., s°: *ἔτι ἄλλα δύο* pro *δύο* habeant, cum brevior sententia non ad verbum afferatur, Iustinus a forma Syro-Latina abhorrere putandus est. de vocibus *ἀκολούθησον*: *ὕπαγε μετ' αὐτοῦ* vide infra.

3. Tertium quoque dictum, quod eodem pertinet, ut maxima cum benignitate indigentibus pecuniam mutuam demus, adhortans

I. ap. I 15_{15} = λ 6_{30} = *M* 5_{42}

I. ap. I 15_{15}: *παντι τω αιτουντι διδοτε* — *και τον βουλομενον δανεισασθαι, μη αποστραφητε.*

λ 6_{30} [α]: *παντι αιτουντι* (אB) *σε διδου*
λ 6_{30} [β]: *παντι δε τω αιτουντι σε διδου* — *και απο του αιροντος τα σα, μη απαιτει.*

M 5_{42}: *τω αιτουντι σε δος* (אBD) [rell.: *διδου*] — *και τον θελοντα*[*τω θελοντι*: D[it pl]][— *απο σου*: Dkm] *δανισαθαι, μη αποστραφης.*

non sine ratione Matthaei et Lucae verba coniuncta atque permixta praebet, quamquam codices Syro-Latini hoc loco nihil huiusmodi habent, praeter illud *ἀπό σου* omissum.

De inimicis amandis.

1. ap. I 15_{14} = λ 6_{27} sq. = *M* 5_{44} (conf. di. 133).

I. ap. I 15_{14}: *εγω δε υμιν λεγω· ευχεσθε υπερ των εχθρων υμων και αγαπατε τους μισουντας υμας και ευλογειτε τους καταρωμενους υμιν και ευχεσθε υπερ των επηρεαζοντων υμας.*

I. di. 133_{13}: *ευχεσθαι και υπερ των εχθρων και αγαπαν τους μισουντας και ευλογειν τους καταρωμενους.*

λ $6_{27.28}$: *αγαπατε τους εχθρους υμων, καλως ποιειτε τοις μισουσιν υμας,* [28]*ευλογειτε τους καταρωμενους υμας* [*υμιν*: EHLSUVΔΛ cf vg] *προσευχεσθε περι* (aeg.; rell.: *υπερ*) *των επηρεαζοντων υμας.*

M 5_{44}: *αγαπατε τους εχθρους υμων*
ευλογειτε τους καταρωμενους υμας [D: *υμιν*]
καλως ποιειτε τους μισουντας υμας } אB (abf[1]g[1.2]l vg.) ks[cl] om
προσευχεσθε υπερ των διωκοντων υμας (אB km s[cl])
[rell.: *προσευχεσθε υπ. τ. επηρεαζοντων υμας* [D om] *και διωκοντων υμας*].

Omnibus Iustini locis illud *εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν* exstare atque eminere, quod Reschio auctore (TU X 3. 72)

etiam apud Clem.[hom] Clem.[al] *Διδ.* Didasc. legitur, iam Boussetus praedicat atque hanc sententiam ex evangelio quodam in canonem non recepto Iustinum transtulisse opinatur. At cum his locis illud *καταρωμένους ὑμῖν* Iustini etiam Cantabrigiensis apud Matthaeum, nonnulli Latini codices apud Lucam praebeant, ceterisque locis, quibus Iustinus a forma pervulgata discreparet, quin causas differentiae ex compositione evangeliorum repeteremus, nihil impediverit, etiam hac in sententia Iustinum illa harmonia usum esse affirmemus, quamquam de singulis verbis nihil certi statuere possumus. Locus ap. I 15 diligentius allatus videtur esse. Quod di. 133 verba *εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων* omittuntur, mihi quidem non comprobat, in evangelio Iustini ea verba defuisse (contra Boussetum p. 77).

2\. I. ap. I 15_{13} = λ 6_{32} = *M* 5_{46} (5_{47}).

I. ap. I 15_{13}: *ει αγαπατε τους αγαπωντας υμας, τι καινον ποιειτε; και γαρ οι πορνοι τουτο ποιουσιν.*

λ 6_{32}: *και ει αγαπατε τους αγαπωντας υμας, ποια υμιν χαρις εστιν; και γαρ οι αμαρτωλοι τους αγαπωντας αυτους αγαπωσιν.*

λ 6_{32} (β): *και ει αγαπ. τ. αγαπ. υμ., ποια υμ. χαρ. εστ.*
[s^l: מנא הי טיבותכון; s^{sch}: אידא הי טיבותכון; s^h: מא טב לכון]

D pergit: *και γαρ οι αμαρτωλοι τουτο ποιουσιν τους αγαπωντας αυτους αγαπωσιν* [s^l om *και γαρ — αγαπωσιν*].

M 5_{46}: *εαν γαρ αγαπησητε τους αγαπωντας υμας, τινα μισθον εχετε;* [D it^{pl} vg: *εξετε*]
[Syri: מנו (מנא vel מא) אגרכון (אית לכון אגרא)]
ουχι [s^l om] *και οι τελωναι το αυτο* [DZ 33. hk s^{ol}: *ουτως*, it^{pl}: *τουτο*] *ποιουσιν;*

M 5_{47}: *και εαν ασπασησθε τους αδελφους υμων μονον, τι περισσον ποιειτε;*
[s^c: מנא הי טיבותכון; s^h: מא מותר אתון עבדין; s^{sch}: מנא יתיר עבדין אנתון]
ουχι και οι εθνικοι το αυτο ποιουσιν; [k s^l om versum].

Iure quispiam illud *τι καινὸν ποιεῖτε* neque minus vocem *πόρνοι* pro *ἁμαρτωλοὶ* seu *τελῶναι* miratus sit, et ego quidem nonnulla de his rebus postmodo addam. Verba autem *τοῦτο ποιοῦσι* rursus D in Luca nobis offert, apud Matthaeum codices quidam Italae exhibent. Ex Lucana huius sententiae

forma luce clarius est, quomodo Cantabrigiensis codicis lectio e duobus fontibus, scilicet e Lucae evangelii exemplo et ex harmonia evangeliorum qua usus est Iustinus, illo *τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγ πῶσιν*, hac *τοῦτο ποιοῦσιν* praebentibus profluxerit. Cum lectione in D e duobus fontibus composita optime congruit lectio Tatiani sec. homilias Aphraatis (Zahn, FGK I 134). Hunc locum sequitur

3. I. ap. I 15_{15} = λ 6_{34}.

I. ap. I 15_{15}: *ει γαρ δανειζετε, παρ ων ελπιζετε λαβειν, τι καινον ποιειτε; τουτο και οι τελωναι ποιουσιν.*

λ 6_{34}: *και εαν δανισητε* (aeg.; rell. *δανειζετε*), *παρ ων ελπιζετε λαβειν* (aeg.; rell.: *απολαβειν*), *ποια υμιν χαρις εστιν*; [B 700 e om]
[Syri: מנא הי טיבותכין: s¹; אידא הי טיבותכון: s^sch; מא טובא לכון: s^h]
και αμαρτωλοι αμαρτωλοις δανιζουσιν, ινα απολαβωσιν | *τα ισα* [Dabcef²lqr s¹ om].

Rursus *τί καινὸν ποιεῖτε*; miror, rursus conclusio praecisa atque contracta: *τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν* nobis occurrit. De lectione Iustini *τί καινὸν ποιεῖτε*, cuius de origine infra nobis agendum erit, et de lectionibus Syriacis hoc quoque loco aliquid dicendum videtur esse. Habent enim s¹ in λ 6_{32} et 6_{34} atque s^c in *M* 5_{47}, ille pro *ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν*, hic pro *τί περισσὸν ποιεῖτε* eadem verba: מנא הי טיבותכין, quae secundum ceteros codices Syriacos ad λ pertinent. s^c igitur in *M* a verbis Lucae pendere videtur. Sed cum Lucas versui *M* 5_{47} simile non praebeat, ex quo illa lectio apud s^c in *M* 5_{47} profluxerit, alium illius lectionis auctorem quaeremus. Harmonia enim Iustini certe omnibus locis, qui has quaestiones Iesu praebent, illud *τί καινὸν ποιεῖτε* habuit. Quod si Tatianus Syriace verbis מנא הי טיבותכין reddidit, auctorem habemus, qui Curetoniano lectionem offerebat. Atque profecto habuit Tatiani harmonia (sec. homilias Aphraatis, ed. Wright, 1869 p. 35, Zahn FGK I 134) omnibus locis verba illa מ׳ ה׳ טיבותכון, ut Curetonianum a Tatiani harmonia pendere non falso concludas.

Hoc loco differentias, quae exsistunt, iterum tabula accuratius composita contendam:

I.	λ 6	M 5
ει αγαπατε τ. αγαπ. υμ. τι καινον ποιειτε; και γαρ οι πορνοι τουτο ποιουσιν.	32 και ει αγαπατε τ. αγαπ. υμ. ποια υμιν χαρις εστιν; και γαρ οι αμαρτωλοι τουτο ποιουσιν.	46 εαν γαρ αγαπησητε τ. αγαπ. υμ. τινα μισθον εξετε; ουχι και οι τελωναι τουτο ποιουσιν.
ει γαρ δανειζετε παρ ων ελπιζετε λαβειν τι καινον ποιειτε; τουτο και οι τελωναι ποιουσιν.	34 και εαν δανειζετε παρ ων ελπιζετε λαβειν ποια υμιν χαρις εστιν; και οι αμαρτωλοι δανειζουσιν, ινα απολαβωσι.	
		47 κ. εαν ασπασησθε τ. αδελφ. υμ. μονον, τι περισσον ποιειτε; ουχι και οι [εθνικοι] τελωναι τουτο ποιουσιν;

Sed his de rebus, cum de ratione et ordine tum de usu verborum, infra nobis agendum erit.

γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες.

I. ap. I 15_{19} = di. 96_9 = λ 6_{35} sqq. = *M* $5_{45.\ 48}$.

I. ap. I 15_{19}: *γινεσθε δε χρηστοι και οικτιρμονες, ως και ο πατηρ υμων χρηστος εστιν και οικτιρμων, και τον ηλιον αυτου ανατελλει επι αμαρτωλους και δικαιους και πονηρους.*

I. di. 96_9: *γινεσθε χρηστοι και οικτιρμονες ως και ο πατηρ υμων ο ουρανιος· και γαρ τον παντοκρατορα θεον* 10 *χρηστον και οικτιρμονα ορωμεν, τον ηλιον αυτου ανατελλοντα επι αχαριστους και δικαιους και βρεχοντα επι οσιους και πονηρους, ους παντας οτι και κρινειν μελλει εδιδαξεν.*

λ 6_{35} sqq.: *εσεσθε υιοι υψιστου, οτι αυτος χρηστος εστιν επι τους αχαριστους και πονηρους.* [36]*γινεσθε οικτιρμονες, καθως ο πατηρ υμων* [+ *ο ουρανιος*: $ℵ^{a}$ 13. 69.] *οικτιρμων εστιν* [ab(q) Cypr. Mcion: *οικτιρει*] [s^{h}: *καθως ο πατηρ υμων οικτιρμων* (חנן) *και χρηστος* (רחמן) *εστιν* (+ *και τελειος* (שלם): cod. A)] [37]*και* [D 700 it s^{1} om] *μη κρινετε και ου μη κριθητε.*

M 5_{45-48}: [45]*οπως γενησθε υιοι του πατρος υμων του εν ουρανοις, οτι* [it^{pl} vg: *ος*] *τον ηλιον αυτου ανατελλει επι* | *πονηρους και αγαθους* [$acff^{1}h$ s^{1} $s^{sch\ p}$ ∼] *και βρεχει επι δικαιους και αδικους.* [46]. . . . . [47][$s^{1}k$ om] . . . [48]*εσεσθε ουν υμεις τελειοι* [s^{cl} s^{sch}: גמירא; s^{h}: שולמן] *ως* [aeg.: *ωσπερ*] *ο πατηρ υμων ο ουρανιος* [*εν τοις* {D* om} *ουρανοις*: DKMΠSΔ $bcg^{1}hk$ s^{cl}. s^{sch}] *τελειος εστιν.*

Hic denique ad certum exitum pervenimus, quamquam e memoria Iustinus locum affert, ut singula verba dialogi cum apologiae verbis non semper consentiant. Unum autem et dialogus et apologia convenienter praebent, illud mirabile: *γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες* coniunctum cum illo *ἥλιον ἀνατέλλει*, ut deprehendamus Matthaeum cum Luca commixtum. Boussetus, qui optimo iure negat fieri potuisse, ut Iustinus et ceteri patres, qui eandem sententiarum commixtionem praebent (conf. Resch TU X 3. 88 sq.), casu idem consilium has sententias miscendi caperent, immo vero hoc eos in evangeliis suis legisse oportere affirmat, coniectura sua evangelii praecanonici usus rem explicare studet, quo in evangelio, cum caput sextum Matthaei nil nisi suppositicium sit, Matthaei capitis quinti versum 48 (45) versus primus capitis septimi exceperit. Licet optime haec disseruerit, tamen haec opinio non ad unum omnia satis explicat; nam quaeritur, unde mixtio illa Matthaei et Lucae orta sit, quae quaestio nostra coniectura, Iustini evangelium fuisse harmoniam quandam evangeliorum nostrorum, et solvitur et, si Matthaei 5_{45} cum Lucae 6_{35} sqq. coniunctum fuisse sumas, idem sententiarum contextus, quem Boussetus comprobare studet, evadit. Atque re vera Iustinum haec ita legisse, clausula loci di. 96: *οὓς πάντας ὅτι καὶ κρίνειν μέλλει ἐδίδαξεν* significat.

Quam diligenti ratione compositor ille harmoniae Matthaeum cum Luca coniunxerit, facile est cognitu.

Primum ex verbis

λ: γίνεσθε οἰκτίρμονες

et *M*: *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι* [= *οἰκτίρμονες*?]

conjunctis factum est:

γίνεσθε τέλειοι καὶ οἰκτίρμονες,

ubi pro voce *τέλειοι* Iustinus vocabulum *χρηστοὶ* affert; sed utrum hoc compositor ex *λ* 6_{35} hauserit, an iam in Matthaeo suo pro „*τέλειος*" voce illud *χρηστὸς* legerit, nescio.

Deinde ad verba

λ: ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν .....
καθὼς ὁ πατὴρ οἰκτίρμων ἐστὶν

ex *M*: *ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος χρηστός* [= *τέλειος*?] *ἐστιν*

addidit, unde factam est:

ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν [ὁ οὐράνιος] χρηστός ἐστιν καὶ οἰκτίρμων,

tum coniunxit

λ: ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηροὺς

et *M*: *ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*

ita ut fieret:

ὃς [*καὶ*] *τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους καὶ βρέχει ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.*

Vox *ὁσίους* etiam apud Naass 5_7 (sec. Tischend. ad *M* 19_{17}) invenitur, de qua re etiam infra nonnulla dicenda sunt.

De precibus, stipibus, ieiuniis in occulto faciendis.

I. ap. I 15_{21}: *μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Nil ex hoc loco colligi potest nisi Iustinum Matthaei versum 6_1 cognovisse. Sed cui loco Lucae hic versus cum iis, quae cum eo coniuncta in harmonia eum praecessisse videntur, insertus fuerit, diiudicari non potest.

De non condendis pecuniae thesauris.

De hoc dicto, cum praeter sententiae conexum, quo apud Iustinum exstat, nil proprium habeat, ibi agere sufficiet, ubi ordinem verborum orationis montanae apud Iustinum tractabimus.

De detrimento animae.

I. ap. I 15_{17} = λ 9_{25} = *M* 16_{26} = μ 8_{36} sq.

I. ap. I 15_{17}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος, αν τον κοσμον ολον κερδηση, την δε ψυχην αυτου απολεση; η τι δωσει αυτης ανταλλαγμα;*

λ 9_{25}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος κερδησαι τον κοσμον ολον εαυτον δε απολεσας η ζημιωθεις;* [Dac: *εαυτον δε απολεσαι η ζημιωθηναι*].

λ 9_{25}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος* [D: *-ον*], *εαν κερδηση τον κοσμον ολον, εαυτον δε απολεση η* [s° om *απολ. η*] *ζημιωθη* (D²beff²g¹qr vg s¹) [l: si lucretur universum mundum, se autem perdat et animam suam; s¹: *εαυτον δε ζημιωθη και . . . .*]

M 16_{26}: *τι γαρ ωφεληθησεται* (aeg. 33. 157. 𝔉. efq s^sch; rell.: *ωφελειται*) *ανθρωπος, εαν τον κοσμον ολον* [er om] *κερδηση, την δε ψυχην αυτου* [e om] *ζημιωθη; η τι δωσει ανθρωπος ανταλλαγμα της ψυχης αυτου;*

μ 8_{36} sq.: *τι γαρ ωφελει* (aeg. anq s^sch, rell: *ωφελησει*) [+ *τον*: ACDΠ] *ανθρωπον* (aeg. KMΠ D; rell.: *-ος*) *κερδησαι* (aeg.) [rell.: *εαν κερδηση*] *τον κοσμον ολον και ζημιωθηναι* (aeg.) [rell.: *ζημιωθη*] *την ψυχην αυτου;* 37 *τι γαρ* (aeg.) [rell.: *η τι*; D: *η τι γαρ*] *δοι* (ℵB) [rell.: *δωσει*] *ανθρωπος ανταλλαγμα της ψυχης αυτου.*

Quamquam nostra evangelia aliis locis hanc sententiam afferunt, tamen nobis iam hic de illa disserendum est. Verba Iustini eandem mixtionem Matthaei cum Luca ostendunt, quam supra statuimus, verbo *ἀπολέσῃ* praecipue Lucam significante. Latini quoque fere omnes in λ non participium sed enuntiatum a coniunctione condicionali pendens habent, cum Syrus Curetonianus *ἀπολέσας ἢ* omittat. De vocibus *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* = *ἑαυτὸν* vid. infra.

Singulis locis sic secundum regulas artis criticae pertractatis iam id maxime nobis quaerendum est, quo modo et ordine verba in harmonia illa fuerint coniuncta. Cum iam antea Matthaeum Lucae insertum fuisse invenerimus, hunc quoque locum restituere conati Iustini et Lucae potissimum ordinem maxime respiciamus, necesse est. Conferamus igitur Iustini verba cum oratione Lucae:

I. ap. I 15	λ 6	*M* 5
εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπ. ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω· εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τ. μισοῦντας ὑμ., κ. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμ. ὑμῖν, κ. εὔχεσθε ὑπὲρ τ. ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.	32 εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπ. ὑμ., ποία ὑμ. χάρις ἐστίν; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλ. τοῦτο ποιοῦσιν. (35) 27 ἀλλὰ ὑμῖν δε λέγω τοῖς ἀκούουσιν· ἀγαπᾶτε τ. ἐχθρ. ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τ. μισοῦσιν ὑμᾶς, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμ. ὑμῖν, προσεύχεσθε περὶ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.	46 ἐὰν γὰρ ἀγαπ ... 44 ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε ...

Versus igitur 32 in evangelio Iustini versum 27 antecessisse videtur. Num hoc veri simile sit, quaeri potest. Contextus et vis verborum hac mutatione certe meliora fiunt. Fieri enim recte vix potest, ut versus 27 coniunctione *ἀλλὰ* ad versum 26 adnectatur, sed profecto postulamus, ut verba in modum versus 32 comparata versum 27 (veluti apud Matthaeum) antecedant. Compositor ille, cuius intererat sententias inter se bene quadrare, cum versui 32 priorem locum concessisset, facultatem versus 35*, qui nihil novi praebet sed solum versum 27 iterat, omittendi assecutus est. Non falso nos verba Iustini evangelii reficere conatos esse, statim, cum de versibus 31. 33. 34 plane a compositore omissis agetur, apparebit.

Cum loco apologiae verba evangelii interumpens Iustinus paullo post illud *παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε* exhibeat, nihil obstat, quin secundum Lucam nostrum in evangelio Iustini versus 29 versum 28 subsecutus fuerit.

Quae cum his verbis cohaeserint, iam videamus:

I. ap. I 16	λ 6	*M* 5
τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς... παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον, ἀκολούθησον δύο.	= 29	= 39. 40. =41: *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.*
Ap. I_{15}: *παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῆτε. εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ἂν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν.*	$=30^a$: *παντὶ τῷ αἰτοῦντι σε δίδου* 34 *κἂν δανείζετε, παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, ποία ὑμ. χάρις ἐστίν; καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτ. δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσιν.*	=42: *τῷ αἰτοῦντι σε δός, καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς.*

λ 6_{30} Matthaei capitis quinti versum 41 post λ 6_{29} optime insertum sequitur, cuius versus (*M* 5_{41}) initium ad similitudinem Lucae conformatum esse vides. Illud *παντὶ* testatur atque obsignat Iustinum hanc sententiam, tametsi in apologia versus ad id, quod illo loco agitur, accommodati paulum divelluntur, in Lucae verbis legisse. Ea, quae sequuntur (ex ap. I 15), uno tenore afferuntur, ut vix discerpere quis audeat, sed λ 6_{30} cum *M* 5_{42}, qui versus a λ 6_{34} excipiuntur, coniunctum fuisse statuendum sit. Quid autem versibus 31. 32. 33 factum est? Versus 31, aurea regula quae vocatur, minime ad has sententias pertinet atque Matthaeus hoc dictum 7_{12} demum proferebat, itaque compositor hoc loco illud omisit. Versus autem 32 et 33, cum alter iam alio loco esset propositus, alter nil nisi versum 32 iteraret, (quem Matthaeus omittit), omissos esse, non mirabimur. Itaque compositor facere paene non potuit, quin versum 34 versui 30 adiungeret, praesertim cum hac mutatione, ut iam supra diximus, contextus optimus exsisteret.

Atqui Iustinus pergit ap. I 15_{16} (post $\lambda\,6_{34}$): *ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει καὶ λῃσταὶ διορύσσουσιν· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει.* [17] *Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει.*

Haec verba (Matthaei nempe $6_{19.20}$ coniuncti cum $\lambda\,9_{25}$) ut in evangelio unquam sic scripta exstarent, fieri non potuisse sed hoc libertati ac licentiae Iustini tribuendum videtur. Certe videtur, non est. Consensus sententiarum ita plane optimus evadit: argentariis et avaritiae paganorum paupertas Christianorum opponitur neque, ut illis abstinerent Christiani, ulla admonitio melior reperiri potuit illis verbis: *τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ.* Quin etiam hoc dictum sic demum vim suam accipit, maiorem saltem vim quam illo, quo evangelia nostra loco id praebent, ne dicam, casu afferunt, cum illa verba ibi propter vocem *ψυχὴν* adiungantur, quamquam ea vox antea vitam, hoc loco animum significat. Versu ex illo contextu dempto hiatus non exsistit, apud Iustinum autem sententiae de argentariis versus artissimo nexu est insertus. Est autem quaerendum, utrum dictum illud de argentariis Iustinus in evangelii sui exemplo hoc loco legerit, necne.

Quamquam enim hic locus, cum caput sextum Matthaei Lucae libro fuerit inserendum, non alienus esse videtur, sententiarum conexu non modo non interrupto sed aliquatenus aucto et coartato, tamen fortasse post $\lambda\,12_{33}$ Luca ibi verba etsi non eadem, sed tamen simillima praebente verba Matthaei inserere malis. Uno autem argumento confirmari potest, Matthaei caput sextum Lucae capiti non duodecimo sed sexto a compositore harmoniae insertum esse: sententiam „ubi thesaurus vester, ibi etiam animus", quae et in Matthaei capite sexto et in Lucae duodecimo dictum de thesauris non condendis excipit, Iustinus de curis dicto adiungit. Num hoc casu et libidine fecit? Minime! Si compositor sententiam de thesauris ex *M* 6 (sine versu 21) Lucae capiti 6 iniecit, haec sententia infra in capite 12 videlicet omittenda fuit, qua re dictum „ubi thesaurus, ibi animus" dicto de curis proximum factum est, quo Iustinus alte-

rum post alterum ut afferret, facillime adduceretur (qua de re confer infra). Luce clarius hac re demonstrari opinor et Iustinum neque Matthaeo neque Luca, sed compositione horum evangeliorum maxima cum diligentia elaborata usum esse et verba *M* 6_{19} sq. in illa compositione capiti Lucae non duodecimo sed sexto inserta fuisse. Itaque quod valde dubium initio videbatur, re vera in apologia verba evangelii cuiusdam, i. e. harmoniae legimus.

Hunc locum etiam versus *λ* $6_{35\,b}$ sq. + *M* 5_{45-48} subsecutos esse puto, cum et apud Iustinum hoc loco sequantur et contextus Lucae ea ibi praebeat. Habemus autem apud Iustinum inter illa dicta vocem *καί*, ut putes, Iustinum ea non continuo ordine legisse, sed aliud aliunde affere. Sed id *καί* nihil nisi verba adiungit neque ullius momenti est, ut perperam colligas dicta voce *καί* quasi seiuncta apud Iustinum etiam in harmonia seiuncta atque locis discreta fuisse. Nam ap. I 15_2 inter *M* 5_{28} et 5_{29} vox *καί* posita est, ubi minime verba divelli possunt, ap. I 16_2 desideratur inter sententias (*λ* 6_{29}, *M* 5_{22}, 5_{41}, 5_{16}), inter quas utique exspectanda erat. Itaque prout libet illam vocem vel ponit vel non ponit (conf. ad hanc rem Credner I p. 221). Harmonia igitur perrexerat: *γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν [ὁ οὐράνιος] χρηστός ἐστιν καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους καὶ βρέχει ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.* Optime congruit, ut iam supra diximus, quod versus *λ* 6_{37} sequebatur; id enim locus di. 96_9 indicat.

Doleo, quod nullo fere omnium horum locorum Tatiani diatessaron nobis subvenit. Sed si conferes collectiones illas, quas diligentissime et accuratissime composuit Zahnius (FGK I 112 sqq.), reperies omnes has sententias, quas exhibet Iustinus, aut in commentariis Aphraatis et Ephraemi casu deesse, aut ab illis auctoribus ita allatas esse, ut ad harmoniam Tatiani reficiendam nihil fere valeant.

Denique oratione montana, in quo capite valde desudavimus, relicta ad singulas reliquorum capitum sententias tractandas pervenimus, quae celerius atque clarius nobis indicare possint, quae illa Iustini memorabilia fuerint.

De reiectione Iudaeorum.

E capite sexto evangelii Lucae Iustinus nihil amplius affert. Sed quae sequitur historia centurionis Capernaitici (λ 7) in harmonia cum eadem narratione ex Matthaei capite 8 coniuncta erat, et similiter apud Tatianum (Zahn FGK I 139 sq.) legitur. Iustinus quidem nil nisi unum versum (*M* 8_{11}) profert, sed hunc post λ 7_9 insertum fuisse affirmem. Ter eum Iustinus laudat (di. 76_{12}. 120_{17}. 140_{12}): *ἥξουσιν* [di. 120: + *γὰρ*] *ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν* [di. 120 et 140: ∼] *καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον.* Scripturae discrepantiae apud Matthaeum (8_{11}) hae sunt: 1. Initio omnes codices habent *πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσιν.* 2. Pro voce *ἐκβληθήσονται* [cum ℵ^{a}BC unc^{rell} et min^{omn} ff^{1}g^2 vg sah cop go] habent ℵ* it^{pl} s^{cl} s^{sch} s^h vocem *ἐξελεύσονται* (cf. 25_{30}). Sed hae nullius fere momenti sunt. Hunc autem versum in harmonia post λ 7_9 insertum fuisse, non cum λ 13_{28b} coniunctum, hoc loco nondum probare possum, sed ad inquisitionem de λ 13 + *M* 7 faciendam reicio.

Dictum Iesu de Iohanne baptista

I. di. 51_7 = λ 16_{16} + *M* 11_{12} sqq.
in harmonia post λ 7_{28} positum fuisse opinari audeo.

I. di. 51_7: *ειρηκει δε περι του μηκετι γενησεσθαι εν τω γενει υμων προφητην και περι του επιγνωναι οτι η παλαι κηρυσσομενη υπο του θεου καινη διαθηκη* [8]*διαταχθησεσθαι ηδη τοτε παρην, τουτεστιν αυτος ων ο Χριστος, ουτως·*
[9]*ο νομος και οι προφηται μεχρι Ιωαννου του βαπτιστου· εξ οτου η βασιλεια των ουρανων βιαζεται, και βιασται αρπαζουσιν αυτην. και ει* [10]*θελετε δεξασθαι, αυτος εστιν Ηλιας ο μελλων ερχεσθαι. ο εχων ωτα ακουειν ακουετω.*

λ 16_{16}: *ο νομος και οι προφηται μεχρι Ιωανου* [+ *επροφητευσαν*: D], *απο τοτε* [*εξ ου*: af^{2}ilr Mci] *η βασιλεια του θεου ευαγγελιζεται* | *και πας εις αυτην βιαζεται* [ℵ* G haec om; ℵ^c: *και βιασται αρπαζουσιν αυτην.*]

M 11_{12}: *απο δε των ημερων Ιωανου του βαπτιστου εως αρτι η βασιλεια των ουρανων βιαζεται και* [D + *οι*] *βιασται αρπαζουσιν αυτην· *[13]*παντες γαρ οι προφηται* | *και ο νομος* [s[1] om] *εως Ιωανου επροφητευσαν.* [14]*και ει θελετε δεξασθαι, αυτος εστιν Ηλιας ο μελλων ερχεσθαι. ο εχων ωτα ακουειν* [BDk s[1] om] *ακουετω.*

Apud Iustinum primum quidem verba Matthaei (11) cum Lucae verbis (16) coniuncta esse luce clarius apparet. Tum verba Iustini docent hanc sententiam e maiore contextu eum sumpsisse, eo scilicet, quem praebet *M* 11 (= *λ* 7), qui unus huic sententiae aptus est locus. Sic etiam in Tatiano Arabico (ed. Ciasca p. 25[lat.]) invenitur atque Zahnius (FGK I 145 sq.) ita conicit. Denique illud *ἐξ ὅτου* Iustini cum vocibus *ἐξ οὗ*, quas praebent it[5] et Marcion, optime consentire videmus, atque D. Blass illud *ἐξ ὅτου* verbis Lucae (*β*) ipsis inseruit (euang. Luc. 1897 p. 74). De sententiarum ordine capitis *λ* 16 conf. infra.

De satore parabola.

I. di. 125_2 = *λ* 8_{5-8} = *M* 13_{3-8} = *μ* 4_{3-8}.

I. di. 125_2: *εξηλθεν ο σπειρων του σπειραι τον σπορον· και ο μεν επεσεν εις την οδον, ο δε εις τας ακανθας, ο δε επι τα πετρωδη, ο δε επι την γην την καλην.*

λ 8_{5-8}: *εξηλθεν ο σπειρων του σπειραι τον σπορον αυτου, και εν τω σπειρειν αυτον ο μεν επεσεν παρα την οδον* . . . . [6]*και ετερον* [D: *αλλο*; 700: *ετερος*] *κατεπεσεν* [e om] *επι την πετραν,* . . . . . [7]*και ετερον* [D: *αλλο*; 700: *ετερος*] *επεσεν* [e om] *εν μεσω* [D[gr]: *μεσον*] *των ακανθων,* . . . . . [8]*και ετερον* [D: *αλλο*; 700: *ετερος*] *επεσεν επι* (Dac > rell.: *εις*) *την γην την αγαθην.* [+ *και καλην*: Dcers[c]].

M 13_{3-8}: *εξηλθεν ο σπειρων του* [D om] *σπειραι* [+ *τον σπορον αυτου*: bf[1]], [4]*και εν τω σπειρειν αυτον α μεν επεσεν παρα την οδον* . . . . [5]*αλλα δε* [D it[pl] Chr: *α δε*] *επεσεν* [Chr om] *επι τα πετρωδη* . . [6]. . [7]*αλλα δε* [Chr: *α δε*] *επεσεν* [Chr om] *επι* [D 𝔖. it vg: *εις*] *τας ακανθας* . . . . [8]*αλλα δε* [Chr: *α δε*] *επεσεν* [Chr om] *επι την γην την καλην.*

μ 4_{3-8}: *εξηλθεν ο σπειρων σπειραι,* [4]*και εγενετο εν τω σπειρειν* [D pessime: *σπειραι*], *ο μεν επεσεν παρα την οδον* .... [5]*και αλλο* [D[gr]: *αλλα*] *επεσεν επι το πετρωδες* [*τα πετρωδη*: ℵDbcefg[1]lq vg] ..[6].. [7]*και αλλο επεσεν εις* [*επι*: CDM b] *τας ακανθας* ..... [8]*και αλλα επεσεν εις την γην την καλην.*

Quamquam Iustinus hoc simile certe ex memoria modo exhibet, tamen vestigia harmoniae evangeliorum plane conspiciuntur. Initium utique Lucam sequitur, id quod additamento *τὸν σπόρον* significatur. Illud quidem *εἰς τὴν ὁδὸν* atque permutatus ordo petrae et spinarum nusquam inveniuntur, quae memoriae deficienti tribuas, cum *εἰς τὰς ἀκάνθας* Marcum et Matthaeum (*β*) indicet, illa *ἐπὶ τὰ πετρώδη* et *ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν* apud Matthaeum legantur. Rursus valde mirandum sit, si etiam hae discrepantiae et commixtiones memoriae deficienti attribuendae sint. Itaque hic quoque Iustinum forma evangeliorum, quae iam verba evangelistarum commiscuerat, usum esse iudicandum est. Atque cognatum ess Iustini evangelium cum forma Syro-Latina exinde apparet, quod Palatinus (e) apud *λ*, Chrysostomus apud *M* vocem *ἔπεσεν* omittunt, codex vero 700, quem saepius cum illa forma consentire scimus, apud *λ* omnibus locis masculinum praebet (*ἕτερος*), quod etiam Iustinus habet. Sed diiudicari nequit, utrum hoc loco harmonia ex archetypo illorum codicum, an illi codices ex harmonia pendeant. Vox *ἔπεσεν* omissa harmoniam sapere videtur.

De Iohanne securi percusso (*λ* 9_7 sq.) conf. infra.

De Iesu vaticiniis mortis suae.

I. di. 51_3. 76_{22}. 100_8 = *λ* 9_{22} = *M* 16_{21} = *μ* 8_{31}
[conf. *λ* 24_7. *M* 27_{41}(*β*)].

I. di. 51_3: *δει αυτον* [4]*πολλα παθειν απο των γραμματεων και φαρισαιων, και σταυρωθηναι και τη τριτη ημερα αναστηναι, και παλιν παραγενησεσθαι εν Ιερουσαλημ και* [5]*τοτε τοις μαθηταις αυτου συμπιειν παλιν και συμφαγειν.*

I. di. 76_{22}. 100_8: *δει τον υιον του ανθρωπου πολλα παθειν και αποδοκιμασθηναι υπο των γραμματεων και φαρισαιων* [di. 100_9 ∼], *και σταυρωθηναι και τη τριτη ημερα αναστηναι.*

λ 9_{22}: *δει τον υιον του ανθρωπου πολλα παθειν και αποδοκιμασθηναι απο* [*υπο*: D 1.] | *των πρεσβυτερων και* [b om; lqr post *αρχ.*] *αρχιερεων* [s¹: *ιερεων*] *και γραμματεων* [*πρεσβ. κ. γραμμ. κ. αρχ.*: s^c Mcion] *και αποκτανθηναι και τη τριτη ημερα εγερθηναι* [*αναστηναι*: ACF^W KΠ 1. 69*. 118. 131. 157. Orig.] [*μεθ ημερας τρεις αναστηναι*: Dabcef²g¹r].

M 16_{21}: *δει αυτον εις Ιεροσολυμα απελθειν και πολλα παθειν απο* [D: *υπο*] *των πρεσβυτερων και αρχιερεων και γραμματεων* [Δ it^pl vg ∼] *και αποκτανθηναι και τη τριτη ημερα εγερθηναι* [*και μετα τρεις ημερας αναστηναι*: Dabcef²g¹r].

μ 8_{31}: *δει τον υιον του ανθρωπου πολλα παθειν και αποδοκιμασθηναι υπο των πρεσβυτερων και των αρχιερεων και των γραμματεων και αποκτανθηναι και μετα τρεις ημερας αναστηναι* [*και τη τριτη ημερα αναστηναι*: 1. 𝔉. 28. 33. dg¹ s¹ s^sch].

Lucae versum 9_{22} horum vaticiniorum formam Iustino praebuisse constat, praeter *σταυρωθῆναι*, quod ex *λ* 24_7 originem ducere videtur.¹) Quod *γραμματεῖς* et *φαρισαῖοι* coniunguntur, ne miremur, cum aliis locis saepissime haec formula dicendi inveniatur atque facile similia vocabula extrusisse possit, ut factum est *M* 27_{41}[*β*], qui locus nostro simillimus videtur. Atque verba *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*, quae in *β* et apud Matthaeum et Marcum et Lucam leguntur, verba primae manus mihi videntur esse, quae cum ancipiter dicta esse appareant, in illud *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* commutata sunt. Iesus enim non tres dies post mortem, sed tertio die, die nempe solis surrexerat. (de vaticinio resurrectionis vid. infra).

De loco *λ* 9_{25} iam supra egimus. conf. pag. 31. 34.

De loco *λ* 10_{16} conf. infra.

De potestate *τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων.*

I. di. 76_{17} = *λ* 10_{19}.

Iustini verba haec sunt: *δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν καταπατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ σκολοπενδρῶν καὶ*

¹) Fortasse autem illud quoque *σταυρωθῆναι* Lucae est, cum Marcion secundum quidem Dial. de recta fide 857 illud haberet, atque D. Blass Lucae (euang. 1897 p. 42) attribuit. Secundum autem Tert. et Epiph. etiam Marcion *ἀποκτανθῆναι* legit, ut mihi quidem res parum certa videatur.

ἐπάνω πάσης δυνάμεως τοῦ ἐχθροῦ. Lucas autem sic habet: *δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.* Duae lectionis discrepantiae annotandae sunt:

> *δίδωμι*] *δέδωκα* aeg. befg^{1}ilq vg go s$^{p\,mg}$ s^{h} arm.
> *τῶν ὄφεων καὶ τῶν σκορπίων*: D Orig.

Quamquam locus brevior esse videtur, quam ut aliquid probare possit, tamen illo *δίδωμι*, quod pars quidem codicum Syro-Latinorum praebet, Iustini evangelium cum forma evangeliorum Syro-Latina cognatum fuisse indicatur. Additum *σκολοπενδρῶν* Iustino aut auctori harmoniae attribuendum est.

De revelatione filii.

I. di. 100_4 ap. I 63_5 63_{19} = *λ* 10_{22} = *M* 11_{27}.

I. di. 100_4: *και εν τω ευαγγελιω δε γεγραπται ειπων·* [5]*παντα μοι παραδεδοται υπο του πατρος, και ουδεις γινωσκει τον πατερα ει μη ο υιος, ουδε τον υιον ει μη ο πατηρ, και οις αν ο υιος αποκαλυψη.*

I. ap. 63_5 (= 63_{19}): *ουδεις εγνω τον πατερα ει μη ο υιος, ουδε τον υιον ει μη ο πατηρ, και οις αν αποκαλυψη ο υιος* [63_{19}: *και οις αν ο υιος αποκαλυψη*].

λ 10_{22}: *παντα μοι παρεδοθη* [KΠ: *παραδεδοται*] *υπο του πατρος* [—*μου*: Dacl s^{l}], *και ουδεις γινωσκει, τις εστιν ο υιος, ει μη ο πατηρ, και τις εστιν ο πατηρ, ει μη ο υιος, και ω εαν βουληται ο υιος αποκαλυψαι.*

λ 10_{22} [sec. b, simil. U]: . . . . *και ουδεις γινωσκει τον πατερα ει μη ο υιος ουδε τον υιον ει μη ο πατηρ, και ω αν βουληται ο υιος αποκαλυψαι.* [Mci (Tert.): *και ω αν ο υιος αποκαλυψη*].

M 11_{27}: *παντα μοι παρεδοθη υπο του πατρος μου* [ℵ* s^{h} om], *και ουδεις επιγινωσκει* [Cg^{scr}: *γινωσκει*] *τον υιον, ει μη ο πατηρ, ουδε τον πατερα τις επιγινωσκει* [Cg^{scr}: *γιν.*; Iren. Epiph. om] *ει μη ο υιος και ω αν βουληται ο υιος αποκαλυψαι* [+ *αυτος αποκαλυπτει*: s^{h}]. (de varia lectione apud patres tradita vid. infra).

Neglectis minimis illis discrepantiis [— μου post πατρός, ut ℵ in *M*, Dacl s[1] vg[3] in λ; παραδέδοται KΠ in λ] plurimum nostra interest, quod partes sententiae permutato ordine legantur. Reschio (TU X 3. 200 sqq.) et Bousseto (l. c. p. 100) auctoribus eundem ordinem a vulgato discrepantem probant: Eus. [5], Epiph. [9 contra 4], Marcos.[Iren.], Clem.[hom] [4], Valent.[Ir.], Mcion[Tert.] [2], Iren. [2 contra 2], Tatian [Zahn FGK I 148 sq.], Alex., Athan. [2], Caesar [2], Phoebadius, Pelagius, Dial. de recta fide.

Vetus igitur atque divulgata hic nobis lectio occurrit, quam etiam harmoniam habuisse constat, praesertim cum apud Iustinum in dialogo sententiam e Matthaei et Lucae verbis compositam esse appareat, vocibus γινώσκει et παραδέδοται e Luca, reliquis e Matthaeo haustis.[1])

Sententiam hoc ordine structam compositor harmoniae certe e Matthaei quodam exemplo perantiquo sumpsit, sed iam antiquissimis temporibus haec lectionis forma e codicibus evanuit neque in nostris praeter unum Syro-Latinum (b) servata est. Servavit autem is ipse non apud Matthaeum, sed apud Lucam. Quid hac de re iudicabimus? Nonne e Matthaeo nescimus quo casu haec lectio in Lucam penetravit? Sed non legitur apud Matthaeum. „E perantiquo videlicet exemplo Matthaei penetravit.“ Quae si ita sunt, qua de causa ille librarius hanc lectionem non Matthaei sed Lucae verbis inseruit? Sed si librarium archetypi codicis b non e Matthaei exemplo hausisse statues sed ex harmoniae quodam exemplo, facile cognosces, quomodo factum sit, ut illam lectionem non Matthaei sed Lucae verbis tribueret.[2]) Num etiam codex a, qui nil

[1]) Forma ἔγνω, quam apud Iustinum in apologia bis invenimus, fortasse e conexu verborum declarari potest, cum utroque loco dictum Iesaiae (1_3) antecedat: Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω. Iustinum formam γινώσκει habuisse opinor, quamquam Clem.[hom] Marcos. Tert. Clem.[al] Orig. Eus. Epiph. alii illud ἔγνω habent. Fortasse autem hoc loco iam lectio harmoniae fluctuabat; nam, cum illud antiquum ἔγνω ab haereticis, imprimis gnosticis et Marcionitis usurparetur, in ecclesia lectio in γινώσκει emendata est, quam emendationem in evangelio Iustini quominus inveniamus, nihilo impedimur.

[2]) Nolo silentio praeterire, quod lectio codicis b a Tischendorfio male affertur, velut si habeat: „quis est pater“ ut a; habet autem sic: „nemo novit patrem nisi filius et quo . (?) . bit fili . . . . nisi pater . . . . voluerit filius revelare.“ Quae ad *M* spectant.

habet nisi: „nemo nobit, quis est (sic!) pater, nisi filius et cuicunque voluerit filius revelare", eiusdem lectionis vestigium quoddam servaverit, valde dubium est, cum illa „filius nisi pater et quis est" omissa esse non admodum mirum sit, priore „quis est" cum altero per librarium confuso. Unde codex U (v. tab.) lectionem habeat, nescio.

De re ipsa hoc monendum videtur. Non congruit cum Iustini lectione clausula *οἷς ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ*. Si enim sententiam *οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ* secundum locum obtinet, nihil sequi potest nisi *καὶ ᾧ ἂν ἀποκαλύψῃ* (scil. *ὁ πατὴρ*); pater enim revelat, non filius. Haec auctoris verba fuisse puto, cuius lectionis vestigium iterum unus codex, scilicet Syro-Latinus (s^h) servavit;[1]) habet enim in fine versus additum: *αὐτὸς ἀποκαλύπτει* (הו גלא), quocum conferas Nicetam Byz. (Mai IV 405): ... *εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς ἀποκαλύψῃ* et Epiph. haer. 74: *εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ ᾧ ἐὰν ἀποκαλύψῃ*. (cf. Resch TU X 3. 203). Antiquae huic lectioni Iohanne fortasse auctore (1_{18}) *υἱὸς* insertum est atque cum sententia cum hac voce non consentiret, ordo partium mutatus est. Sed certum nihil dicere audeo.

De summa lege.

I. di. 93_5 ap. I 16_8 = λ 10_{27} = M 22_{37-40} = μ 12_{30}.

I. ap. I 16_8: *ουτως επεισεν ειπων· μεγιστη εντολη εστι· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις εξ ολης της καρδιας σου και εξ ολης της ισχυος σου, κυριον τον θεον τον ποιησαντα σε.*

di. 93_5: *εν δυσιν εντολαις πασαν δικαιοσυνην και ευσεβειαν πληρουσθαι· εισι δε αυται· [6]αγαπησεις κυριον τον θεον σου εξ ολης της καρδιας σου και εξ ολης της ισχυος σου και τον πλησιον σου ως σεαυτον.*

---

[1]) Neque enim Zahnio (FGK I 330) concedo, evangeliarium illud a forma Syro-Latina atque a Tatiano abhorrere. Sunt enim loci satis multi, ubi lectiones consentiant.

λ 10_{27}: *ο δε* (scil. *ο νομικος*) *αποκριθεις ειπεν· αγαπησεις κυριον τον θεον σου εξ* [Dabcf²ilq: *εν*] *ολης της καρδιας σου* | *και εν ολη τη ψυχη σου* [haec om Mcion; s^omn pon post *εξ ολ. τ. ισχ. σ.*] *και εν ολη τη ισχυι σου* | *και εν ολη τη διανοια σου* [haec om DΓ abcf²ilqr Mcion] *και τον πλησιον σου ως σεαυτον.*

M 22_{37-40}: *ο δε* (scil. *ο Ιης*) *εφη αυτω· αγαπησεις κυριον τον θεον σου εν ολη τη καρδια σου και εν ολη τη ψυχη σου* [+ *εν ολη τ. ισχ. σ.*: 𝔉.ces^cl s^sch s^h] *και εν ολη τη διανοια σου* [c s^cl om]. ^38 *αυτη εστιν η μεγαλη και πρωτη εντολη* ^39 *δευτερα ομοια αυτη· αγαπησεις τον πλησιον σου ως σεαυτον.* ^40 *εν ταυταις ταις δυσιν εντολαις ολος ο νομος κρεμαται και οι προφηται.*

μ 12_{30}: *απεκριθη ο Ιης· οτι πρωτη* (scil. *εντολη*) *εστιν . . . . . αγαπησεις κυριον τον θεον σου εξ ολης της καρδιας σου* | *και εξ ολης της ψυχης σου* [haec om KΠ* 157. al^8 k] *και εξ ολης της διανοιας σου* [haec om DH 157. 49^ev cf²g¹ks^h] *και εξ ολης της ισχυος σου. αυτη πρωτη εντολη* [haec aeg. om] *δευτερα αυτη* [D: *δε*]*· αγαπησεις την πλησιον σου ως σεαυτον* [a nil nisi: *και τον πλησιον σου ως σεαυτον*].

Dt 6_5 (LXX): *και αγαπησεις κυριον τον θεον σου εξ ολης της διανοιας σου και εξ ολης της ψυχης σου και εξ ολης της δυναμεως σου.*

Lev. 19_8: *και αγαπησεις τον πλησιον σου ως σεαυτον.*

Verba Iustini opinioni nostrae rursus subveniunt. Cum enim apud Matthaeum et Marcum Iesus, apud Lucam scriba loquatur, Iustinus Iesum quidem loquentem facit, forma autem verborum Lucana utitur, quae eo praecipue significatur, quod lex humanitatis his tantum verbis additur: *καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.* Ea autem confusio compositorem prodit, cui illa Iesu verba esse debebant, cum verbis Lucae quam potuit parceret. Singula vero incisa, quae sunt *ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου* similiaque, in singulis evangeliis et codicibus inter se varium in modum discrepare non miramur, verbis modo e LXX interpretibus, modo ex aliis evangeliorum codicibus adiunctis, ut brevissimam formam optimo iure praeferas. In Iustini evangelio duo tantum incisa inveniebantur, quae etiam pauci Marci codices, scilicet

Syro-Latini, quorum gravissimus est k, nobis tradiderunt. Cave ne forte hac ex re collegeris compositorem in hac sententia recipienda Marcum auctorem secutum esse. In Luca ipso, id est in vetustissima verborum eius forma, quam constituere possimus, item tantummodo illa duo incisa scripta erant, cum *ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου* D it^{s} Marcion omittant et verba *ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου* Syriaci codices omnes post *ὅλης τῆς ἰσχύος σου* ponant, Marcion omittat, ut in Luca certa remaneant verba: *ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύι σου.* Lectio harmoniae in singulis evangeliis codices Syro-Latinos invasit: in *M* cs^{cl} *ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου* omittunt, pro *ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ* in margine adscriptum habebant: *ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύι σου*; sed per errorem ambo incisa in verba ipsa irrepserunt. In *μ* habet a legem humanitatis his tantum verbis: *καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν*, ut codices Syro-Latinos omnibus in evangeliis ad unam formam huius narrationis respicere videas. Tatianus vero, quem cum omnia incisa omitteret, D. Blass (euang. Matth. 1901 p. 81 sq.) verba genuina Matthaei praebere affirmat, certe ab Ephraemo (Moesinger p. 194) non accurate exhibetur; secundum enim Aphraatem 24_5 habet, nescio quos auctores vel quem auctorem secutus, incisa: *ψυχῇ, ἰσχύι, δυνάμει.* Codicem Cantabrigiensem cum Italae codicibus septem pro *ἐξ* prioris loci *ἐν* praebere, Syriacos autem omnes, item e f vg arm go Marcionem omnibus locis *ἐξ* dare, parum refert.

Atque etiam hoc loco Iustini evangelium cum harmonia Tatiani aliqua ratione consensisse ostendi potest. Apud Aphraatem (hom. 24_5), quem harmonia Tatiani usum esse iam diximus, sententia: „*ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται καὶ οἱ προφῆται*“, illud dictum: *ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου* antecessit eodem modo quo etiam Iustinus locum praebet (di. 93). Num hoc casu accidit? Minime hoc mihi persuadeam! Sed cum etiam Tatianus huic verbo Matthaei (22_{40}) legem humanitatis secundum formam Lucanam adiungat — rursus ut Iustinus fecit—, confirmatur et fulcitur, quod iam saepius nobis cognoscere visi sumus, fuisse scilicet propinquitatem quandam inter Iustini evangelium et Tatiani harmoniam et Tatianum illo evangelio iam composito in harmonia elaboranda usum esse.

De signo Ionae.

I. di. 107_1 = λ 11_{29-32} = *M* 12_{39} sqq. = μ 8_{11} sq.
(conf. *M* $16_{1.4}$)

I. di. 107_1: *και οτι τη τριτη ημερα εμελλεν αναστησεσθαι μετα το σταυρωθηναι, γεγραπται εν τοις απομνημονευμασιν οτι* **οι απο του γενους υμων συζητουντες αυτω ελεγον· οτι** [2]**δειξον ημιν σημειον· και απεκρινατο αυτοις· γενεα πονηρα και μοιχαλις σημειον επιζητει, και σημειον ου δοθησεται αυτοις ει μη το σημειον Ιωνα.** [3]*και ταυτα λεγοντος αυτου παρακεκαλυμμενα ην νοεισθαι υπο των ακουοντων, οτι μετα το σταυρωθηναι αυτον τη τριτη ημερα αναστησεται. και πονηροτεραν την γενεαν υμων και μοιχαλιδα μαλλον της Νινευιτων πολεως εδηλου, οιτινες του Ιωνα κηρυξαντος αυτοις μετα το εκβρασθηναι αυτον τη τριτη ημερα απο της κοιλιας του αδρου ιχθυος, οτι* [4]*μετα τρεις ημερας παμπληθει απολουνται, νηστειαν εκηρυξαν.*

λ 11_{29-32}: *των δε οχλων επαθροιζομενων ηρξατο λεγειν· η γενεα αυτη γενεα πονηρα εστιν· σημειον ζητει* (aeg > rell: *επιζητει*), *και σημειον ου δοθησεται αυτη* [s^1: *αυτοις*] *ει μη το σημειον Ιωνα* [— *του προφητου*: aeg. D it^7 vg^9 s^h] [s^c om *ει μη το σημειον Ιωνα*, perg.: *αλλ ως εγ.*] [30]*καθως γαρ εγενετο Ιωνας τοις Νινευιταις σημειον, ουτως εσται* [s^{cl} om] *και ο υιος του ανθρωπου τη γενεα ταυτη* [e om v. 30].

[[+ *και καθως* [e: *ως γαρ*] *Ιωνας εν τη κοιλια του κητους εγενετο* [e ante *Ιων.* pon.] *τρεις ημερας* | *και τρεις νυκτας* [a f^2 om], *ουτως* [aer + *εσται*] *και* [e r om] *ο υιος τ. ανθρ. εν τη γη* [e f^2: *εν τη καρδια της γης*]: Daef²r [i. hab. v. 30 sic: *καθως γαρ εγενετο Ιων. σημειον τοις Νιν., ουτως εσται και ο υιος τ. ανθρ. εν τη καρδ. τ. γης.*]]

[31]*η βασιλισσα νοτου εγερθησεται . . . . . . και ιδου πλειον Σολομωνος ωδε.* [32]*ανδρες Νινευιται αναστησονται εν τη κρισει μετα της γενεας ταυτης και κατακρινουσιν αυτην, οτι μετενοησαν εις το κηρυγμα Ιωνα· και ιδου πλειον Ιωνα ωδε* [D om v. 32].

M 12_{39-41}: *τοτε απεκριθησαν αυτω* [*τοτε ελεγον αυτω*: s^1; s^c b: adierunt] *τινες των γραμματεων και φαρισαιων* [B om] *λεγοντες· διδασκαλε, θελομεν απο σου σημειον ιδειν. ο δε αποκριθεις ειπεν αυτοις· γενεα* [+ *αυτη*: s^c] *πονηρα*

και μοιχαλις σημειον επιζητει, και σημειον ου δοθησεται αυτη [D[gr]: *σοι*] *ει μη το σημειον Ιωνα του προφητου.* [40]*ωσπερ γαρ ην* [D[gr] s[1] om] *Ιωνας εν τη κοιλια του κητους τρεις ημερας και τρεις νυκτας, ουτως εσται* [k om; g[1] post *ανθρ.*] *ο υιος του ανθρωπου εν τη καρδια της γης τρεις ημερας και τρεις νυκτας·* [41]*ανδρες Νινευιται αναστησονται εν τη κρισει μετα της γενεας ταυτης και κατακρινουσιν αυτην, οτι μετενοησαν εις το κηρυγμα Ιωνα, και ιδου πλειον Ιωνα ωδε.*

μ 8 11. 12: *και εξηλθον οι φαρισαιοι και ηρξαντο συνζητειν αυτω, ζητουντες παρ αυτου σημειον απο του ουρανου πειραζοντες αυτον.* [12]*και αναστεναξας τω πνευματι* [*αυτου*] *λεγει· τι η γενεα αυτη ζητει σημειον; αμην λεγω υμιν· ει δοθησεται τη γενεα ταυτη σημειον.*

M 16 1. 4: *και προσελθοντες οι φαρισαιοι και Σαδδουκαιοι πειραζοντες επηρωτων αυτον σημειον εκ του ουρανου επιδειξαι αυτοις.* [2]*ο δε αποκριθεις ειπεν αυτοις·* .... [4]*γενεα πονηρα και μοιχαλις σημειον επιζητει, και σημειον ου δοθησεται αυτη* [f: eis] *ει μη το σημειον Ιωνα.*

Negat Boussetus Iustinum hoc loco quempiam nostrorum evangelistarum auctorem sequi, sed ea, quae praebeat, eum petivisse ex evangelio in canonem non recepto pro certo affirmat, scilicet quod Iustinus fere verba Matthaei exhibeat, versum autem *M* 12_{40} ignoraverit. Optime haec collegit vir doctus, sed ignoravitne profecto Iustinus hunc versum? Conferas, quae Iustinus eodem loco dicit: *καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἔμελλεν ἀναστήσεσθαι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ὅτι οἱ* ...... et infra: *καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ παρακεκαλυμμένα, ἣν νοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀκουόντων, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.* Minime igitur ignoravit Iustinus illam interpretationem versus 39, quam versus 40 praebebat, ut haud audacter eum etiam versum ipsum novisse concludas. „Matthaeum igitur nostrum Iustinus exscripsit!" Vide modo! Appositum *τοῦ προφήτου* apud Matthaeum in nullo codice omissum esse reperitur, apud Lucam omnes fere omittunt. Deinde Iustinus utitur forma *αὐτοῖς*, quae nusquam nisi *M* 16_4 in codice Latino

f et λ 11_{29} in codice Syro Lewisiano legitur. *M* 16_4 fortasse erratum modo librarii habemus, qui pro „ei" scripsit „eis". Lectio autem Syri Lewisiani his duabus modo rationibus explicari potest: aut Syrus ex evangelio Iustini, aut evangelium Iustini ex archetypo illius Syri pendet; tertium non datur. Syrum pendere ex evangelio Iustini faciamus. Quod si ita est, id evangelium certe harmonia fuit, cum intellegi non possit, qua de causa, si illud evangelium Matthaei fuisset, ea varietas lectionis a codice Syro non apud Matthaeum, sed in Lucae modo evangelio servata esset. Sin autem Iustini evangelium ex archetypo Syri illius codicis pendere facias, illud *αὐτοῖς* vetus lectio Lucae fuit, atque Iustini evangelium Matthaei ($12_{39\,a}$) et Lucae ($11_{29\,b}$) verba permixta continuit, harmonia scilicet fuit. Haec verba commixta in harmonia versus *M* 12_{40} excepit, unde accidit, ut etiam in Lucae evangelio nonnulli codices, Syro-Latini videlicet, ambos versus praebeant. E Matthaeo dicas illos librarios versum *M* 12_{40} exscripsisse, sed ne neglexeris, huius versus formam in codicibus Lucae non ad verbum cum forma Matthaei consentire, cum librarii ad verbum transscribere soliti sint: Df² (k apud *M*) vocabulum *ἔσται* omittunt, pro *ἦν* habent atque alio loco: *ἐγένετο*, pro *ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς* scribunt Dar: *ἐν τῇ γῇ*. Non igitur ad Matthaeum nostrum haec spectant, sed ex harmonia pendere non falso tibi fingas. Parum mihi liquet, num ex voce *ἔσται* omissa colligi liceat, sententiam ab initio a Matthaeo alienam fuisse et e margine irrepisse. Nam cum omisso illo *ἔσται* vis sententiae eo redeat: „ut Ionas fuit in pisce, sic (scilicet „fuit") filius hominis in terra", non vaticinium Iesu, sed annotationem lectoris cuiusdam habemus. Quod autem D versum λ 11_{32} omittit, nullius momenti est, cum e repetitis vocibus *πλέον ὧδε*, quarum ab alteris librarius ad alteras transiluit, ea omissio satis explicetur.

De Pharisaeis.

I. di. 17_{17} = λ $11_{42.\,52}$ = *M* $23_{23.\,27.\,13}$.

I. di. 17_{17}: *ουαι υμιν, γραμματεις και φαρισαιοι, υποκριται, οτι αποδεκατουτε το ηδυοσμον και το πηγανον, την δε αγαπην του θεου και την κρισιν ου κατανοειτε.*

ταφοι κεκονιαμενοι, εξωθεν φαινομενοι ωραιοι, εσωθεν δε γεμοντες οστεων νεκρων. και τοις γραμματευσιν· [18]*ουαι υμιν, γραμματεις, οτι τας κλεις εχετε και αυτοι ουκ εισερχεσθε και τους εισερχομενους κωλυετε· οδηγοι τυφλοι.*

λ $11_{42.\,52}$: *ουαι υμιν τοις φαρισαιοις* [*φαρισαιοι*: ceqr] [*γραμματεις και φαρισαιοι*: s^c b gat], *οτι αποδεκατουτε το ηδυοσμον και το πηγανον και παν λαχανον και παρερχεσθε την κρισιν και την αγαπην του θεου* . . . [52]*ουαι υμιν τοις νομικοις, οτι ηρατε την κλειδα της γνωσεως· αυτοι ουκ εισηλθατε και τους εισερχομενους εκωλυσατε.*

λ 11_{52} (*β*): *ουαι υμιν γραμματεις* (s^{cl}), *οτι εκρυψατε* (D 157. abceq s^{cl}) *τας κλεις* (s^{cl} s^{sch} q Tat.) *της γνωσεως και αυτοι* (D. 22. 157. 𝔉. abcilqr) *ουκ εισηλθατε και τους εισερχομενους* [*εισπορευομενους*: D] *κωλυετε* (Gc).

Μ $23_{23.\,27.\,13.}$: *ουαι υμιν γραμματεις και φαρισαιοι, υποκριται, οτι αποδεκατουτε το ηδυοσμον και το ανηθον* | *και το κυμινον* [ae Chr om], *και αφηκατε τα βαρυτερα του νομου, την κρισιν και το ελεος και την πιστιν* . . . . [27]*παρομοιαζετε ταφοις κεκονιαμενοις, οιτινες εξωθεν φαινονται ωραιοι, εσωθεν δε γεμουσιν οστεων νεκρων και πασης ακαθαρσιας* [D sic: *εξωθεν ο ταφος φαινεται ωραιος, εσωθεν δε γεμει οστεων νεκρων και πασης ακαθαρσιας*] . . . . [13]*ουαι δε υμιν γραμματεις και φαρισαιοι, υποκριται, οτι κλειετε την βασιλειαν των ουρανων εμπροσθεν των ανθρωπων· υμεις γαρ ουκ εισερχεσθε ουδε τους εισερχομενους αφιετε εισελθειν.*

Initium primi dicti verba Matthaei praebet, deinde verba secundum formam Lucae cum nonnullis discrepantiis sequuntur:

λ	I.
καὶ πᾶν λάχανον	om.
παρέρχεσθε	*οὐ κατανοεῖτε* quae verba a Iustino sub finem ponuntur. (vid. infra.)
τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ.	Inverso ordine praebet Iustinus haec verba. (vid. supr.)

Cum locus, ut sententiae conexus docet, ex memoria allatus sit, haec omnia nulla dubitatione Iustino tribui possunt, cum tales leves errores nemini non accidant. Longe aliter res constituta est, ubi habemus perpetuam verborum evangelistarum commixtionem, quam nunquam explicaveris, nisi harmoniam fuisse Iustini evangelium concedas. Noli ignorare et apud *λ* codices s^{c} b praebere *γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι* et apud *M* codices a e et Chrysostomum voces *καὶ τὸ κύμινον* omittere; manifesto ex his rebus propinquitas codicum Syro-Latinorum cum evangelio Iustini elucet. — de discrepantia lectionis *παρέρχεσθε: οὐ κατανοεῖτε* vid. infra.

Versum *λ* 11_{42} + *M* 23_{23} excipit versus *M* 23_{27} aut in harmonia ipsa, quia *M* 23_{25-26} in Luca iam antecesserant, aut solum apud Iustinum, qui in loco exhibendo quibuscunque de causis eos versus omisit. Tatianus, qui (sec. Zahn, FG I 197 sq.) hic cum ordine Iustini non satis consentit, rursus in versu proximo plurali *κλεῖς*, qui etiam in s^{cl} s^{sch} q legitur, exhibito manifesto a Iustini evangelio pendet (item Tat.$^{arab.}$ ed. Ciasca p. $71^{lat.}$). Syro-Latini codices nonnulli praeterea idem *καὶ αὐτοὶ* in Luca habent ac Iustinus. Num illud *γραμματεῖς* codicum s^{cl} (*λ* 11_{52}) recte interpretatus sim, quaeri potest. Habent s^{cl} hoc loco ספרא, quod ceteris locis illud *γραμμ.* reddit, cum vox *νομικὸς* paullo ante (*λ* 10_{25}) verbo מלפ נמוסא (= legis doctor) reddatur. (sed aliis locis: *M* 22_{35} (om s^{l}) *λ* 7_{30} (s^{c} def.) 11_{45} sq. 14_{3} voce ספר).

Deum verendum, non homines metuendos esse.

I. ap. I 19_{11} = *λ* 12_{4} sq. = *M* 10_{28} sq.

I. ap. I 19_{11}: *μη φοβεισθε τους αναιρουντας υμας και μετα ταυτα μη δυναμενους τι ποιησαι, ¹²ειπε, φοβηθητε δε τον μετα το αποθανειν δυναμενον και ψυχην και σωμα εις γεενναν εμβαλειν.*

λ 12_{4}: *μη φοβηθητε απο των αποκτεννοντων το σωμα | και μετα ταυτα μη* [*την δε ψυχην μη δυναμενων αποκτειναι μηδε*: D] *εχοντων* [— *περισσοτερον*: s^{l}; ADK*Π*: *περισσον*- LX 33. 69: *τι περισσον; μετα ταυτα περισσον μη εχ.*: 1. 131. 700. i r] *τι ποιησαι ⁵υποδειξω δε υμιν, τινα φοβηθητε· φοβη;*

θητε τον μετα το αποκτειναι εχοντα εξουσιαν εμβαλειν εις την γεενναν [*εις* (— *την*: DR 700. Meion) *γεενναν βαλειν*: D]. *ναι, λεγω υμιν, τουτον φοβηθητε.*

M 10_{28}: *μη φοβεισθε απο των αποκτεννοντων το σωμα, την δε ψυχην μη δυναμενων αποκτειναι* [D: *σφαξαι*], *φοβεισθε δε μαλλον τον δυναμενον και* [abcg¹hmq s¹ s^sch p om] *ψυχην και σωμα απολεσαι εν γεεννη.*

conf. Clem. Rom. II 5: *λεγει γαρ ο κυριος· εσεσθε ως αρνια εν μεσω λυκων. αποκριθεις ο Πετρος αυτω λεγει· εαν ουν διασπαραξωσιν οι λυκοι τα αρνια; ειπεν ο Ἰης τω Πετρω· μη φοβεισθωσαν τα αρνια τους λυκους μετα το αποθανειν αυτα. και υμεις μη φοβεισθε τους αποκτειναντας υμας, και μηδεν υμιν δυναμενους ποιειν, αλλα φοβεισθε τον μετα το αποθανειν υμας εχοντα εξουσιαν ψυχης και σωματος του βαλειν εις γεενναν πυρος.*

Accurate neque sine industria haec verba in harmonia e Matthaeo et Luca composita erant:

μὴ φοβεῖσθε : *M* [de illo *τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς* = *ἀπὸ τῶν ἀποκτ. τὸ σῶμα* vid. infra.]	*καὶ μετὰ ταῦτα* : *λ*
μὴ δυναμένους : *M*	*τι ποιῆσαι* : *λ* vocem *περισσὸν* omittit cum Iustino s¹; etiam in LX 33.69.346., 1.131.700. i r videtur e margine in verba ipsa invasisse cum in hisce post *ταῦτα* legatur. D verba Lucae etiam magis ad Matthaei exemplum commutasse nihil refert, cum omnium codicum librarios hoc saepius fecisse sciamus. conf. *λ* 3_{16}, supra p. 5. 7.
— *ὑποδείξω ὑμῖν, τίνα φοβεῖσθε* : *M*	
	φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν : *λ*
δυνάμενον τὴν ψυχὴν καὶ σῶμα : *M*	*εἰς γέενναν* [*ἐμ*]*βαλεῖν* : *λ* (*β*)

Num quis, cum haec tam diligenter conglutinata videat, asseverare conabitur, Iustinum casu hic Matthaeum et Lucam confudisse? Equidem non possum adduci, ut hoc credam.

De curis abiciendis.

I. ap. I 15_{20} = λ $12_{22-31.34}$ = *M* 6_{25-33}, 6_{21}.

I. ap. I 15_{20}: *μη μεριμνατε δε τι φαγητε η τι ενδυσησθε. ουχ υμεις των πετεινων και των θηριων διαφερετε; και ο θεος τρεφει αυτα. μη ουν μεριμνησητε τι φαγητε η τι ενδυσησθε. οιδε γαρ ο πατηρ υμων ο ουρανιος οτι τουτων χρειαν εχετε. ζητειτε δε την βασιλειαν των ουρανων και ταυτα παντα προστεθησεται υμιν. οπου γαρ ο θησαυρος εστιν, εκει και ο νους του ανθρωπου.*

λ 12_{22} sqq.: *μη μεριμνατε τη ψυχη τι φαγητε μηδε τω σωματι τι ενδυσησθε. η ψυχη πλειον εστιν της τροφης και το σωμα του ενδυματος.* [24]*κατανοησατε τους κορακας, οτι ουτε σπειρουσιν ουτε θεριζουσιν, οις ουκ | εστιν ταμειον ουδε αποθηκη* [*εισιν αποθηκαι*: e], *και ο θεος τρεφει αυτους· ποσω μαλλον υμεις διαφερετε των πετεινων* ...... [29]*και υμεις μη ζητειτε τι φαγητε και τι πιητε, και μη μετεωριζεσθε·* [30]*ταυτα γαρ παντα τα εθνη του κοσμου ζητει* (D > rell.: *επιζητουσιν*) *υμων δε ο πατηρ οιδεν οτι χρηζετε τουτων.* [31]*πλην ζητειτε την βασιλειαν αυτου, και ταυτα προστεθησεται υμιν* .... [34]*οπου γαρ εστιν ο θησαυρος υμων, εκει και η καρδια υμων εσται.*

λ 12_{24} sqq. [β]: *κατανοησατε τα πετεινα* (Deflr) *των ουρανων. και ο θεος τρεφει αυτα* (D 69. 346. 253. fr). *ουχι* (Dcef²ilr vg^mt) *υμεις διαφερετε των πετεινων;* ... [29] ... [30] .. *οιδε γαρ ο πατηρ υμων* [Dabcefilqr] *οτι χρηζετε τουτων.* [31]*ζητειτε δε* (Da Mcion) *την βασιλειαν του θεου* [*αυτου*: aeg. D^gr ac] *και ταυτα παντα* [aeg. om] *προστεθησεται υμιν* .... [34]*οπου γαρ εστιν ο θησαυρος υμων, εκει εσται και η καρδια υμων* (Dabeflr).

M 6_{25} sqq.: *μη μεριμνατε τη ψυχη υμων τι φαγητε μηδε τω σωματι υμων τι ενδυσησθε. ουχι η ψυχη πλειον εστιν*

της τροφης και το σωμα του ενδυματος. [26]*εμβλεψατε εις τα πετεινα του ουρανου, οτι ου σπειρουσιν ουδε θεριζουσιν ουδε συναγουσιν εις αποθηκας* [s° om]. *και ο πατηρ υμων ο ουρανιος τρεφει αυτα. ουχι υμεις μαλλον διαφερετε αυτων;* .... [31]*μη ουν μεριμνησητε λεγοντες· τι φαγωμεν η τι πιωμεν η τι περιβαλωμεθα;* ..... [32b]*οιδε γαρ ο πατηρ υμων ο ουρανιος οτι χρηζετε τουτων απαντων* [s° om]. [33]*ζητειτε δε πρωτον την βασιλειαν και την δικαιοσυνην αυτου και ταυτα παντα προστεθησεται υμιν* ....

M 6_{21}: *οπου γαρ* [*εστιν*] *ο θησαυρος σου* (ℵB it vg > rell.: *υμων*), *εκει* [*εσται*] *και η καρδια σου* (ℵB it vg > rell.: *υμων*).

In apologia (I 15_{19}) sententias supra iam tractatas (p. 32—35), quas dictum *γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες* claudebat, hic locus de curis abiciendis excipit. Sed quamquam vox *καὶ* non intercedit, pro certo affirmari potest hunc sententiarum conexum, quem exhibet Iustinus, Iustini evangelium non habuisse. Neque sic apud Matthaeum verba sunt collocata, neque hoc tenore Lucas sententias praebet, neque si Lucam cum Matthaeo confundas, intellegi potest, quonam modo hic sententiarum ordo, quem praebet Iustinus, exstiterit. At locum de thesauris, etsi ibi res non aliter se habebat, tamen apud Iustinum ordinem harmoniae servasse diximus! Sed velim accuratius utriusque loci rationes inspiciamus. Illic dictum Matthaei inserendum erat Lucae, qui huius verbi nihil simile habebat, ut quicunque locus, dummodo aliqua ratione ad eandem rem pertineret, idoneus esse videretur. Hac autem in re Lucas dictum simillimum praebebat, ut cum alio loco atque *λ* 12 Matthaei dictum non coniungendum esset. Atque haec nostra propositio probatur eo, quod locum *γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες* secundum quidem dialogum (96) sententia de iudicando excipere visa est, quem habet ordinem contextus Lucae capitis sexti. Sententiam vero de curis apud Iustinum secutum est verbum: „ubi opes, ibi animus“, quem invenimus sententiarum conexum in capite Lucae duodecimo, ut ex hoc argumento optimo iure conici possit eam sententiam in harmonia tenore capitis XII Lucae

contentam fuisse, et casu a Iustino cum dicto γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες coniunctam esse.

Plane quidem ex memoria Iustinus sententiam praebet, sed iam cognosci possunt evangelii eius proprietates, quae in illo dicto clarissime elucent imprimis his verbis: ὁ θεὸς τρέφει αὐτά. Matthaei lectio erat: ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτὰ (scil. πετεινὰ), Lucas habebat: ὁ θεὸς τρέφει αὐτοὺς (scil. κόρακας); Iustini igitur verba ex utroque confluxerunt. Inveniuntur autem apud Lucam [β] πετεινὰ atque ὁ θεὸς τρέφει αὐτά, ut formam β evangelio Iustini propinquam esse facile cognoscas, quod non minus ex dicto proximo apparet: οὐχὶ ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν, cum apud Matthaeum: οὐχὶ ὑμεῖς μᾶλλον διαφ. αὐτ. legatur Luca (α) πόσῳ μᾶλλον praebente. Non igitur ex Matthaeo ipso D it, qui habent illud οὐχὶ ὑμεῖς διαφ. τ. πετ., hauserunt, sed ex evangelio, quod iam illud μᾶλλον Matthaei omiserat; neque falso opinatus sis id evangelium harmoniam fuisse, nisi forte hoc loco veterem lectionem formae β exstare censes (ut λ 3_{22} et alibi) Saepius enim tales lectiones (β) minime ex verbis evangeliorum mixtis ortas sed genuinas in harmonia lectas fuisse et commemoravimus aliis locis et commemoraturi sumus.

Lectio quoque Matthaei οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν cum apud Iustinum tum apud Lucam (β) servatur atque illud ζητεῖτε δὲ formae β voce πρῶτον (*M*) aeque ac supra μᾶλλον omissa non ex Matthaeo ipso sed ex evangelio, quo correctus, ut ita dicam, Matthaeus continebatur, fluxisse in promptu est.[1]) Quod autem Iustinus regnum Dei βασιλείαν τῶν οὐρανῶν appellavit, noli dicere Iustinum Matthaeum solum auctorem sequi, cum hoc ipso loco ne Matthaeus quidem ea voce usus sit. Proprietas quaedam harmoniae hoc βασιλεία τῶν οὐρανῶν fuit, ut semper Iustinus eo uteretur, cum id librarii in Lucae evangelio, quod nullum genetivum appositum hoc loco habuisse videtur, adhibere non auderent, sed alii αὐτοῦ, alii θεοῦ adiungerent.

---

[1]) Cum autem D. Blassio concedas, illud πρῶτον, quod b Chr. Greg. Nyss. in *M* omittunt, ibi spurium esse (conf. Blass, euang. Matth. 1901 p. 19), apparet et a perantiquo Matthaei exemplo Iustini evangelium pendere et codices tantum Syro-Latinos hanc lectionem Matthaei genuinam et apud *M* et apud λ tradidisse.

Huic sententiae continuatur apud Iustinum dictum Iesu: *ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου.* Iam supra (conf. pag. 34 sq.) hanc coniunctionem inde exstitisse dixi, quod compositor versum λ 12_{33}, cum iam e Matthaeo Lucae capiti sexto inseruisset, omiserit. Ubi iam versus λ 12_{32} delituerit, investigari non potest, sed hoc dictum omissum esse non est mirandum, cum bonum contextum atque continuationem verborum dare maxime compositoris interfuerit, ut hoc dictum undecunque huic loco Lucae illatum (non valde alienum est a proximis) quin praetermitteret, non dubitaret.

Quae nostra opinio coniunctum scilicet fuisse aliqua ratione versum λ 12_{34} cum versu λ 12_{31} probatur forma dicti, quae apud Clementem Alexandr. [bis], et Macarium (vid. Resch TU X 3. 332) tradita ordinem verborum permutat: *ὅπου γὰρ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ καὶ ὁ θησαυρὸς αὐτοῦ.* Boussetus ut hanc permutationem explicet (l. c. p. 90), aut putat gnosticos sententiae sensum convertisse, aut pendere eam a *M* 6_{22}: oculum corporis esse lucem. Nonne multo melius et simplicius haec quaestio solvitur, cum sic statuimus: Sententia Iustini et sententia Clementis aliqua ratione ab eodem auctore pendent, quod ex vocibus *ἀνθρώπου* (pro *ὑμῶν*) et *νοῦς* (pro *καρδία*) cognosci possit. Fuit autem, ut Iustinus indicat, haec forma sententiae quoquo in evangelio cum dicto de curis coniuncta. Librarius cuiusvis exempli harmoniae istius, ut artius constringeret sententias, membra permutavit. Sic enim contextus factus est hic: „quaerite regnum Dei, et haec omnia adicientur vobis; ubi enim animus hominis, ibi etiam thesaurus eius.“ Optimus profecto est verborum conexus, quem nonnulla evangeliorum exempla ex illa harmonia ductum et Clementi aliisque tradiderunt. — de vocibus *νοῦς: καρδία* vide infra.

Cui multum datum fuerit, ab eo multum reposcetur.

I. ap. I 17_7 = λ 12_{48}.

I. ap. I 17_7: *ω πλεον εδωκεν ο θεος, πλεον και απαιτηθησεται παρ αυτου.*

λ 12_{48}: *παντι δε ω εδοθη πολυ, πολυ ζητηθησεται παρ αυτου, και ω παρεθεντο πολυ, περισσοτερον αιτησουσιν αυτον.*

λ 12_{48} [D]: *παντι δε ω εδωκαν πολυ, ζητησουσιν απ αυτου περισσοτερον, και ω παρεθεντο πολυ, πλεον απαιτησουσιν αυτον.*

Cum Matthaeus locum huic sententiae similem non praebeat, Iustinus autem memoriam secutus verba in artum contraxit, ad illam quidem quaestionem, quae fuerint Iustini *ἀπομνημονεύματα*, minus pertinet haec sententia, Iustini autem evangelium cum archetypo formae Syro-Latinae cohaerere nobis indicant voces: *ἔδωκαν* [: *ἔδωκεν* D > *ἐδόθη* rell.], *πλέον* [= D > *περισσότερον* rell.], *ἀπαιτ-* [= D > *αἰτ-* rell.].

Ad locum sagacitatem maxime exercentem pervenimus, qui plane nobis demonstrat, quaenam natura evangelii Iustini fuerit, validissimumque argumentum ministrat, quo formam Syro-Latinam ab harmonia quadam pendere probare possimus. Est autem locus, quo

de reiectione discipulorum falsorum

agitur:

I. ap. I 16_{11-16} · di. $35_{5.7.}$ di. 76_{13} = *M* $7_{15.19.21}$ [λ 10_{16}] + λ 13_{26} + *M* 12_{41} sq.

Quae computatio iam designat contortam et difficilem coniunctionem verborum nobis occursuram esse. Primum verba, quae Iustinum in evangelio suo in venisse opinor, (haud scio an post dictum de porta angusta posita fuerint) affero:

[ap. I 16, di. 35] [15]*πολλοὶ* [[+ *γάρ*: ap.]] *ἐλεύσονται* [sive *ἥξουσιν* (ap.) conf. infra] *ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσιν* [ap.: *ὄντες*] *λύκοι ἅρπαγες* [adhuc di. 35]. *ἐκ τῶν ἔργων* [: *καρπῶν* conf. infra] *αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.* [16]*πᾶν δὲ δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.*

[11]*οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι· κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* [[[12]*ὃς γὰρ ἀκούει μου, καὶ ποιεῖ, ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με*]]. [inc. di. 76] [13]*πολλοὶ δὲ ἐροῦσι μοι· κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι*

ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν (καὶ προεφητεύσαμεν καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν) καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ [adhuc di. 76] *ἐργάται τῆς ἀνομίας.* [14]*τότε κλαυθμὸς ἔσται καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἄδικοι πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ.*

Geminatis uncis quadratis [[—]] verba inclusi, quae hoc loco spuria esse videntur; uncis curvatis (—) ea indicavi, quae dialogi tantum locus praebet.

In apologia prior pars (*πολλοί — βάλλεται*) sententiae alteram sequitur, quod Iustino ipso tribuam. Certe quidem Iustinus priorem partem in hoc sententiarum conexu legit, neque utrum ante an post alteram partem invenerit, ita multum refert.

Priusquam autem quomodo Matthaeus et Lucas coniuncti sint, perscrutemur, illud nobis constituendum atque circumscribendum est, quo evangelii loco et a quibus verbis incipiens Iustinus dictum illud de lupis pelle ovilla tectis legerit, cum in apologia alio atque nunc in *M* 7_{15} legimus, utatur initio.

Ter Iustinus hoc dictum affert:

ap.I 16: *πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων* etc. confer. supra.

di. $35_{5.\,7}$: *ἃ γὰρ προλαβὼν μέλλειν γίνεσθαι ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἔφη, ταῦτα ὄψει καὶ ἐνεργείᾳ ὁρῶμεν τελούμενα. εἶπε γάρ·*

[5]*πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσιν λύκοι ἅρπαγες* . . . .

καὶ· [7]*προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·*

καὶ· [8]*ἀναστήσονται πολλοὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοαπόστολοι καὶ πολλοὺς τῶν πιστῶν πλανήσουσιν.*

quocum verbo extremo conferas di. 82_4: *εἶπε γὰρ ὅτι φονεύεσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέλλομεν, καὶ ὅτι ψευδοπροφῆται καὶ ψευδόχριστοι πολλοὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ παρελεύσονται καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.*

E dialogi loco luce clarius Iustinum duo verba de lupis novisse apparet, cum alterum post alterum afferat; simul autem ea non eodem loco evangelii eum legisse elucet. Alterum certe cohaerebat cum orationibus de rebus futuris, alterum ei loco attribuendum esse videtur, quo non solum in Matthaei evangelio, sed etiam apud Iustinum, in apologia scilicet, invenitur. Utrum autem in contextu *M* 24, utrum in contextu *M* 7 legebatur? Cum locos solum Iustini spectes, facile est respondere; apologiae conexus (I 16) verbis *ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου* locum in contextu capitum *M* 7 + *λ* 13 attribuit, dialogi autem ordo verbis *προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν* locum in oratione de rebus futuris constituit. Sic quidem Iustinus legisse videtur. Atque optimo iure harmonia sic Iustino has sententias praebebat, cum hoc modo utrumque dictum sedem certe non ineptam invenisset. Nam in oratione *M* 7 + *λ* 13 vehementer Iesus increpat in eos, qui discipuli sui videantur, non sint; hoc igitur loco voces *ψευδοπροφῆται* et *ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς* alienae sunt a re proposita, neque illud quidem *προσέχετε ἀπ' αὐτῶν* huius loci est, cum id solum intersit, quodnam iudicium Iesus ipse de illis facturus sit. At post versum *M* 24_4 sq: *βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν* optime legitur: *προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν οἵτινες ἐλεύσονται* etc. Atque Iustinum ibi dictum cum hoc introitu legisse di. 82_1 demonstratur, ubi ex memoria duo dicta de rebus futuris confunduntur, quorum alterum hoc de quo agimus dictum esse apparet.

Quomodo igitur et qua de causa harmonia verba sic composuerit, planum est. Sed evangelia nostra hoc cum ordine non conveniunt. Nusquam nisi *M* 7_{15} dictum de lupis invenitur, orationes de rebus futuris hac sententia omnino vacant. Ne loco quidem *M* 7 illud dictum, quod hoc in conexu Iustinus legit, exstat sed alterum, quod cum orationibus de rebus futuris cohaerere censuimus.

Aliquid certi de hac quidem re affirmare non possum, nisi forte hoc statuendum est: E *M* 7 erat ad marginem *M* 24, vel capitis harmoniae, quod illas res tractabat, dictum *ψευδοπροφητῶν* annotatum, unde in verba ipsa penetravit. Prop

terea in priore oratione (*M* 7) harmoniae verba a librariis mutata sunt, ut aptius ibi conspirarent cum contextu.

Ex loco Constit. VI_{13}: *ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωποι ἐν ἐνδύμασιν προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσιν λύκοι ἅρπαγες. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. προσέχετε ἀπ' αὐτῶν. ἀναστήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται καὶ πλανήσουσι πολλούς,* quem locum comparat cum locis Iustini, Boussetus evangelii quinti usum probare studet. Cui assentiri non possum; nam eundem auctorem Iustinum et Constitutiones qui composuit, secutos esse mihi non persuadeo, cum a Constitutionibus illae proprietates, quas habet Iustinus (*ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων* et *ἔργα*, quibus de vocibus etiam infra conferas) absint, praeterea locus Constitutionum ne ad verbum quidem allatus esse videatur. Nihil ex eo loco colligere licet nisi saepius sententiam luporum in orationibus de rebus futuris commemoratam esse, a quibus non erat nimis aliena. Neque ullo modo, quin ex harmonia hanc sententiam in orationes de rebus futuris apud quosdam codices Matthaei penetrasse statuamus, impedimur.

Haec igitur ex hac quaestione summa fit: Initium sententiae luporum, quam praebet Iustinus in oratione *M* 7 + *λ* 13, hoc fuit: *πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου.*

Cum autem et apud Matthaeum et apud Lucam haec reiectio dictum de porta angusta sequatur, non est, quod non etiam in harmonia ei hunc locum attribuamus, praesertim cum etiam sequentia verba cum his consentire ostendi possit. Eadem de causa illud quoque affirmandum est, quod iam supra commemoravimus, Iustinum in apologia ordinem verborum mutasse, atque in harmonia ea sic posita fuisse, ut nos ea collocaveramus, cum intellegi non possit, qua de causa compositor harmoniae ordinem amborum evangeliorum non secutus sit.

Primum invenimus *M* 7_{15} *πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου* etc. usque ad *ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.* Versus sequentes (16^{a}. 17. 18) inde a *μήτι συλλέγουσι ἀπὸ ἀκανθῶν* usque ad verba *καρποὺς καλοὺς ἐνεγκεῖν* omisit harmonia pergens: *πᾶν δένδρον* etc. (v. 19). Num arbitrio suo haec compositor praeteriit? Vix credam, immo praeteriit, quod hi

versus iam in harmonia legebantur, coniuncti videlicet cum verbis λ 6_{43}sqq. Quocum mira ratione consentit, quod (sec. Zahn FGK I 137sqq.) etiam in Tatiani harmonia *M* 7_{16-18} cum λ 6_{43-45} conexi fuerunt versibus *M* 7_{15} et $_{19}$sqq. omissis. Quod λ 6_{43} sqq. apud Zahnium locum portae angustae sequuntur, nullius momenti est, cum huius ordinis auctor Zahnius sit, neque is ordo apud auctores, qui tradunt Tatianum, inveniatur. Atque licet Zahnii compositio recta sit, tamen plane cognosci potest, et apud Tatianum et in Iustini evangelio dicta illa (*M* 7_{15-21}) eadem ratione dissecta esse. Sane dolendum est, quod in auctoribus Tatiani locus *M* $7_{15.\ 19.\ 21}$sqq. inventus non est; tamen luce clarius mihi his rebus demonstrari videtur, ἀπομνημονεύματα illa Iustini evangeliorum harmoniam fuisse, cum et casu Matthaeum et Lucam confusos esse et casu Tatianum cum Iustino congruere nemo facile dicturus sit.

Postquam omisso versu 20, qui nil nisi versum 16^a iteraret, versum 7_{19} sine mora versus 21 excipit, locus *M* 7_{22} cum λ 13_{26} ea ratione commixtus est, ut illa verborum forma exsisteret, quam ab uno Syro Curetoniano[1]) nobis servatam etiam

---

[1]) I. di. 76_{13} (ap. I 16_{13}) = λ 13_{26}sq. = *M* 7_{22}.

I. di. 76_{13}: *πολλοι ερουσι μοι τη ημερα εκεινη· κυριε, κυριε, ου τω σω ονοματι εφαγομεν και επιομεν και προεφητευσαμεν και δαιμονια εξεβαλομεν; και ερω αυτοις· αναχωρειτε απ εμου.*

I. ap. I 16_{13}: *πολλοι δε ερουσιν μοι· κυριε, κυριε, ου τω σω ονοματι εφαγομεν και επιομεν και δυναμεις εποιησαμεν; και τοτε ερω αυτοις· αποχωρειτε απ εμου, εργαται της ανομιας.*

λ 13_{26}sq.: *τοτε αρξεσθε λεγειν·* [+ *κυριε*: D] *εφαγομεν ενωπιον σου και επιομεν και εν ταις πλατειαις ημων εδιδαξας* [s^c: ambulavisti], [27]*και ερει· λεγω* [ℵ it vg om] *υμιν· ουκ οιδα υμας* [De: *ουδεποτε ειδον υμας*], | *ποθεν εστε* [De om]. *αποστητε απ εμου παντες* [s^sch Orig. Epiph. om] *εργαται αδικιας* [D Epiph. Clem. Orig. : *ανομιας*].

M 7_{22}: *πολλοι ερουσι μοι εν εκεινη τη ημερα· κυριε κυριε ου τω σω ονοματι επροφητευσαμεν και τω σω ονοματι δαιμονια εξεβαλομεν και τω σω ονοματι δυναμεις πολλας εποιησαμεν; και τοτε ομολογησω* [ag¹h: *ερω*] *αυτοις· οτι ουδεποτε* [abfg¹: *ουκ*] *εγνων υμας. αποχωρειτε απ εμου οι εργαζομενοι την ανομιαν.*

M 7_{22} [s^c]: *πολλοι ερουσι μοι τη ημερα εκεινη· κυριε, κυριε, ου τω σω ονοματι εφαγομεν και επιομεν και τω σω ονοματι επροφητευσαμεν* ... etc. (s^c Orig. [5] Aug. Hil.)

Origenes, Augustinus Hilarius notam habuerunt (qua de re confer etiam pag. 4 adnot.). Exstabat igitur haec lectio etiam in codicibus, neque Zahnius obtinere poterit eodem casu illos auctores haec verba conglutinavisse.

Sed ad propositum revertamur! Inter *M* 7_{21} et $_{22}$ Iustinus sententiam praebet: *ὃς γὰρ ἀκούει μου καὶ ποιεῖ, ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με.*[1]) Quaeri potest, num Iustinus hunc versum hoc loco legerit. Quamquam fieri certe potuit, cum verborum et sententiarum conexus non malus esset, tamen hoc non credam. Quod forma huius sententiae, quam habet ap. I 63, non ad verbum cum ap. I 16 conspirat, nil aliud demonstrat nisi Iustinum ex memoria locum afferre. Ne forte dixeris primitus hanc sententiam cum versu λ 10_{16}, quocum maxime cohaerere videtur, coniunctam fuisse, cum non modo codices praeter Syro-Latinos ea vacent, sed etiam ex ipsis Syro-Latinis et patribus (conf. Resch, TU X 3. 187 sq.) alii eam versui 10_{16} inserant, alii post versum collocent. Adscripserat igitur quidam in margine exemplaris antiqui ad versum hunc Lucae illa verba, quae ex harmonia sumpta esse aeque atque in prioribus exemplis huius modi non falso iudicabis. Inde a librariis inter verba Lucae recepta sunt. Unde compositor harmoniae ea hauserit et quo loco harmoniae posuerit, scire non possumus.

Quae sequuntur, partim e Matthaeo, partim e Luca petita sunt:

---

[1]) I. ap. I 16_{12} = ap. I 63_{10} = λ 10_{16} (*M* 10_{40})

I. ap. I 16_{12}: *ος γαρ ακουει μου και ποιει, α λεγω, ακουει του αποστειλαντος με.*

I. ap. I 63_{10}: *ο εμου ακουων ακουει του αποστειλαντος με.*

λ 10_{16}: *ο ακουων υμων εμου ακουει και ο αθετων υμας εμε αθετει,* | *ο δε εμε αθετων αθετει* [ab: *και*] *τον αποστειλαντα με* + *και ο ακουων εμου* [E ∼] *ακουει του αποστειλαντος με*: E[mg*] 𝔉. (69?) ab s[cl] s[h] r. [W[a] Hippol. Const. post *ακουει* pon.]

λ 10_{16}: *ο ακουων υμων εμου ακουει, και ο αθετων υμας εμε αθετει, ο δε* [i om] *εμου ακουων ακουει τον αποστειλαντα με* (Dilr).

M 10_{40}: *ο δεχομενος υμας εμε δεχεται και ο εμε δεχομενος δεχεται τον αποστειλαντα με.*

καὶ τότε	: *M*
ἐρῶ αὐτοῖς	: *M* (it)
ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ	: *M*
[— *πάντες*	: *M* = *λ* [s^{sch}]]
ἐργάται	: *λ*
ἀνομία	: *M*

sed coniunctionem utrorumque, quae est: *ἐργάται τῆς ἀνομίας*, etiam D apud Lucam tradidit. Dicat ad haec quispiam: etsi Iustinum Matthaeum et Lucam confudisse constet, tamen non manifestum esse, Iustinum contextum Lucae sequi, immo vero usum eum esse Matthaeo, cui nonnulla e Luca addita essent. Sed ea, quae sequuntur, Lucanum contextum plane indicant: *τότε κλαυθμὸς ἔσται* etc.[1]) Iam industriam et diligentiam compositoris admireris velim, quippe qui cum Matthaeum complures sententias similes praebere non ignoraverit, non sine intellegentia eam potissimum cum Lucae loco coniungendam putaverit, qua nulla accuratius cum eo conspiret: *M* 13_{42} sq. Sed qua de causa, quaeras, compositor non perrexit: *ὄψεσθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ . . . . . ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ* etc., quae verba apud Lucam iam sequuntur? Causa fuit, quod illa sententia ex Matthaeo (8_{11}) exscripta iam narrationi centurionis Capernaitici — ut supra diximus pag. 36 — adiecta erat, i. e. versui *λ* 7_9, compositor autem eandem sententiam bis in harmonia legi nolebat.[2]) Sic tantum intellegi potest, qua ratione aut quo consilio evangelium Iustini subito e *λ* 13 capite ad locum *M* 13 transsiliat. Unde clausula, quae est: *οἱ ἄδικοι*

---

[1]) I. ap. I 16_{14} = *λ* 13_{28} = *M* 13_{41} sq.

I ap. I 16_{14}: *τοτε κλαυθμος εσται και βρυγμος των οδοντων, οταν οι μεν δικαιοι λαμψωσιν ως ο ηλιος, οι δε αδικοι πεμπωνται εις το αιωνιον πυρ.*

λ 13_{28}: *εκει εσται ο κλαυθμος και ο βρυγμος των οδοντων, οταν οψεσθε Αβρααμ και Ισαακ και Ιακωβ και παντ. τ. προφ. εν τη βασιλεια τ. θ.* [conf. Epiph. Mcion. 314. 336 Tert. Mcion. 4_{30}].

M 13_{41} sq.: *αποστελλει ο υιος τ. ανθρ. τους αγγελους και συλλεξουσι . . . . . τους ποιουντας την ανομιαν και βαλουσιν αυτους εις την καμινον του πυρος. εκει εσται ο κλαυθμος και ο βρυγμος των οδοντων* [43] *τοτε οι δικαιοι εκλαμψουσιν* [D 124: *λαμψουσιν*] *ως ο ηλιος εν τη βασιλεια του πατρος αυτων.*

[2]) Non obstat, quod dictum de lupis bis in harmonia exstabat. Hoc enim dictum certe per errorem bis harmoniam invasit.

πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ sumpta sit, nescio; Iustinum autem eam non ex suis addidisse sed in evangelio suo scriptam ante oculos habuisse, immo vero eam aliquo modo divulgatam fuisse Irenaeus probat (adv. haer. II 32. 1): iusti enim fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, iniustos autem et qui non faciunt opera iustitiae, mittet in ignem.

E Lucae capitibus 14 et 15 verba Iustinus nulla exhibet.

De nuptiis dimissae, de spadonibus.

In capite *λ* 16 harmoniae oratio illis versibus 17—18, qui conexum verborum apud Lucam nostrum acriter interpellant, non interrupta esse, sed versus 19 versum 15 excepisse videtur. Postquam enim iam supra (conf. pag. 36 sq.) ostensum est, quo versus 16 abisset, nunc demonstrabimus, etiam versum 18 in harmonia aliam sedem tenuisse, ut optimo iure etiam versum 17 non hoc loco lectum fuisse conicias. Versus enim 18 optime cohaeret cum narratione *M* 19_{3-9} (= *μ* 10_{2-12}), quo haec sententia ex verbis orationis montanae, quae praebet Matthaeus ipse (5_{32}), iterum invecta est.[1]) Atque harmoniam hoc dictum in contextu illo (*M* 19) habuisse locus Iustini ap. I 15 plane demonstrat, quo loco hoc dictum a versu *M* 19_{12} excipitur, qui est (apud Iustinum): *εἰσίν τινες, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰσὶ δὲ, οἳ ἐγεννήθησαν εὐνοῦ-*

[1]) I. ap. I 15_4 = *λ* 16_{18} (= *M* 5_{32}b) = *M* 19_9 = *μ* 10_{12}.

I. ap. I 15_4: *ος γαμει απολελυμμενην αφ ετερου ανδρος, μοιχαται.*

λ 16_{18}: *και ο απολελυμμενην* | *απο ανδρος* [D s[1] s[sch] om] *γαμων μοιχαται.*

M 5_{32}b: *και ος εαν απολελυμμενην γαμηση, μοιχαται* [haec verba omittunt D 64. abk].

M 19_9: *ος αν . . . γαμηση αλλην μοιχαται* [sine addit.: ℵC[3]DLS abcf[1.2]g[1]hlr s[cl] sah]

+ *και ο απολελυμμενην γαμησας μοιχαται*: BC*INZ unc[rell.] cfg[2]q vg s[sch] sh p.

μ 10_{12}: *και εαν αυτη απολυσασα τον ανδρα αυτης* [D 28. 𝔉. abcf[2]g[2]: *και εαν γυνη εξελθη απο του ανδρος και*] *γαμηση αλλον μοιχαται* [+ super illum: abf[2]g[2]kl].

praeterea addunt abf[2]g[2]l: *ομοιως και ος εαν απολελυμμενην* [a + *απο ανδρος*] *γαμηση, μοιχαται.*

χοι, εἰσὶ δὲ, οἵ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν.[1]) Habet Iustinus illam sententiae partem, quae apud Matthaeum primum locum tenet, altero loco positam. Quarum partium ordinem iam antiquitus commutatum esse neque Iustinum id fecisse forma sententiae, quam praebuit Epiphanes teste Epiphanio haer. 32_4, (conf. haer. 25_6) demonstrat. Quod Iustinus bis vocem *εὐνοῦχοι* praeterit, quae non male omittitur, testes huius rei Syri quoque sunt, Curetonianus nempe et Lewisianus. Accedunt pars codicum Chrysostomi et cod. S speculi (m).

Responderit quispiam ex coniunctione illius sententiae de muliere dimissa cum versu *M* 19_{12} colligi non posse Iustinum harmoniam sequi, potius eum Matthaeo nostro usum esse, in quo secundum plerosque codices illo loco haec sententia inveniatur. Sed certe in antiquis Matthaei exemplaribus hoc loco sententia non legebatur et illud additamentum *ἀπὸ ἀνδρός*, quod Iustinus praebet, neque *M* 5_{32} neque 19_9 ullus codex habet, sed solum λ 16_{18} invenitur. Non affert igitur Iustinus Matthaei verba, sed evangelii, quod versum λ 16_{18} verbis capitis 19 Matthaei inseruerat.

Quid vero quod illud ipsum additamentum *ἀπὸ ἀνδρὸς* D syrr in λ 16_{18} omittunt? Num hoc cum opinione nostra, quae affirmat congruentiam Iustini et Syro-Latinorum, consentit? Sane quidem, optime consentit. Certe illud *ἀπὸ ἀνδρὸς* nil nisi vetus additamentum nonnullorum codicum fuit, quod etiam compositor harmoniae recepit. Supervacaneum vero est neque quisquam quid eo opus sit, videre potest. Bene igitur Iustinus emendavit *ἀφ' ἑτέρου ἀνδρὸς*, etiam melius D syrr verba iure praeterierunt, certe adiuti codice Lucae perantiquo, in quem non erant recepta. Cum vero codices Latini additamentum habeant, manifestum est quosdam codices perantiquos id praebuisse, ex quibus compositor promere potuit. Verba

---

[1]) *M* 19_{12}: *εισιν γαρ ευνουχοι, οιτινες* | *εκ κοιλιας μητρος* [Clem^{al} om] *εγεννηθησαν ουτως, και εισιν* [*ευνουχοι* (pars codd. Chr. om; cf. m cod. S)] *οιτινες ευνουχισθησαν υπο των ανθρωπων, και εισιν* [*ευνουχοι* (pars codd. Chr., s^{cl} om] *οιτινες ευνουχισαν εαυτους δια την βασιλειαν των ουρανων* [m cod. S om]. *ο δυναμενος χωρειν χωρειτω.* (Verba apud Epiph. tradita cf. Resch TU X 2. 246 sq.).

autem Matthaei et Marci haec sententia in nonnullis codicibus ex Luca ipso, in codicibus Syro-Latinis ex harmonia invasit.

Cum in proximis narrationibus *M* 19 et *λ* 18 non inter se discrepent, caput *M* 19_{3-12} in harmonia quoque a benedictione infantium exceptum fuisse opinor; sic enim Tatianus quoque cum Arabicus (ed. Ciasca p. $45^{\text{lat.}}$), tum per Zahnium refectus (FGK I 177) habet.

Si autem versus 16 et 18 contextus Lucae capitis 16 non praebebat, etiam versum 17 aliorsum abiisse iam supra diximus et nunc pro certo affirmamus, cum hoc quoque loco Tatianus nobis praesto sit. Omittit enim versus 16—18 Tat. Arab. ed. Ciasca p. $51^{\text{lat.}}$, item harmonia illa codicis Fuldensis, quam edidit Ranke a. 1868 (p. 97), quamque iam Victor ille episcopus Capuae Tatiani opus esse arbitratus est, et nos quidem ab illo opere pendere putamus. Neque Zahnii sententia ab his testimoniis discrepat.

De Iohanne baptista capto et securi percusso.

I. di. 49_{12} = *M* 14_{1-11} = 6_{17-28} (*λ* 3_{19} sq.)

I di. 49_{12}: *και τουτον αυτον προφητην* (scil. *Ιωανην τον βαπτιστην*) *συνεκεκλεικει ο βασιλευς υμων Ηρωδης εις φυλακην, και γενεσιων ημερας τελουμενης, ορχουμενης της* [13]*εξαδελφης αυτου ευαρεστως αυτω ειπεν αυτη αιτησασθαι, ο εαν βουληται. και η μητηρ της παιδος* [14]*υπεβαλεν αυτη αιτησασθαι την κεφαλην Ιωαννου του εν τη φυλακη· και* [15]*αιτησασης επεμψε, και επι πινακι ενεχθηναι την κεφαλην Ιωαννου εκελευσεν.*

M 14_{1-11}: *εν εκεινω τω καιρω ηκουσεν Ηρωδης ο τετρααρχης την ακοην Ιησου,* [2]*και ειπεν τοις παισιν αυτου· ουτος εστιν Ιωανης ο βαπτιστης·* [*αυτος*] *ηγερθη απο των νεκρων, και δια τουτο αι δυναμεις ενεργουσιν εν αυτω.* [3]*ο γαρ Ηρωδης κρατησας τον Ιωανην εδησεν και εν φυλακη απεθετο* [*εδησεν αυτον εν φυλακη*: Dek] *δια Ηρωδιαδα την γυναικα* [— *Φιλιππου*: D it[7] vg] *του αδελφου αυτου.* [4]*ελεγεν γαρ ο Ιωανης αυτω· ουκ εξεστιν σοι εχειν αυτην.* [5]*και θελων αυτον αποκτειναι εφοβηθη τον οχλον, οτι ως προφητην*

αυτον ειχον. [6]*γενεσιων δε αγομενων* [aeg. D male *γενεσιοις δε γενομενοις*] *του Ηρωδου ωρχησατο η θυγατηρ της Ηρωδιαδος εν τω μεσω και ηρεσεν τω Ηρωδη,* [7]*οθεν μεθ ορκου ωμολογησεν* [Z 𝔉. s^sch^: *μεθ ορκου ωμοσεν*] *αυτη δουναι ο εαν αιτησηται.* [8]*η δε προβιβασθεισα υπο της μητρος αυτης· δος μοι, φησιν, ωδε* [it^pl^ om] *επι πινακι την* [D om *επι πιν. τ.*] *κεφαλην Ιωανου του βαπτιστου.* [9]*και λυπηθεις ο βασιλευς δια τους ορκους και τους συνανακειμενους εκελευσεν δοθηναι,* [10]*και πεμψας απεκεφαλισεν τον Ιωανην εν τη φυλακη.* [11]*και ηνεχθη η κεφαλη αυτου επι* [+*τω*: D] *πινακι και εδοθη τω κορασιω, και ηνεγκεν τη μητρι αυτης.*

μ 6_{17} sqq.: *αυτος γαρ ο Ηρωδης αποστειλας εκρατησεν τον Ιωανην και εδησεν αυτον εν φυλακη* [*και εδησεν αυτον και εβαλεν εις φυλακην*: D 𝔉. it^6^] *δια Ηρωδιαδα την γυναικα Φιλιππου του αδελφου αυτου, οτι αυτην εγαμησεν* .... etc.

λ 3_{19} sq.: *ο δε Ηρωδης ο τετρααρχης, ελεγχομενος υπ αυτου* [+ *πολλακις*: e] *περι Ηρωδιαδος της γυναικος του αδελφου αυτου και περι παντων ων εποιησεν πονηρων ο Ηρωδης* [el om], [20]*προσεθηκεν και τουτο επι πασιν, κατεκλεισεν* [D (it): *ενεκλ.*] *τον Ιωανην εν φυλακη.*

Quo loco, scil. Lucae, hanc narrationem harmonia praebuerit, certo dicere non possum. Verba quidem Iustini a *λ* 3_{20} incipiunt, deinde Matthaeum auctorem sequuntur; narrationem vero non in contextu Lucae capitis tertii lectam esse manifestum est, cum iam ille versus *λ* 3_{20} ad huius capitis argumentum non ita bene quadraret. Quamquam Iustinum ex memoria locum afferre constat, tamen uno loco cognosci potest, etiam in hac narratione Iustinum evangelium secutum esse, quod cum testibus Syro-Latinis cohaerebat. Et Iustinus enim et illa codicum classis priore loco verba *ὧδε ἐπὶ πίνακι* omittunt, atque recte hoc loco omittuntur. Salome enim illa non plane intellegit, quid petat, et vix horribile dictum: „*δός μοι τὴν κεφαλὴν Ἰωάνου τοῦ βαπτιστοῦ*“ ex ea auditum est, cum in patina — horribile dictu — caput baptistae affertur. Ad hunc locum illud *ἐπὶ πίνακι* pertinet, non ad priorem. Iustinus etiam aculeum huic loco addens rem ita exprimit: caput in

patina afferri Herodes iussit, ut aspectu foedo feminas feras et immanes punire eum velle putemus.

De Iohanne et Elia.

I. di. 49_{15} = *M* 17_{10-13} = *μ* 9_{11-13}.

I. di. 49_{15} (continuatio loci supra dati): *διο και ο ημετερος Χριστος ειρηκει επι γης τοτε τοις λεγουσιν προ του Χριστου Ηλιαν δει ελθειν·* [16]*Ηλιας μεν ελευσεται και αποκαταστησει παντα· λεγω δε υμιν οτι Ηλιας ηδη ηλθε, και ουκ επεγνωσαν αυτον, αλλ εποιησαν αυτω οσα ηθελησαν. και γεγραπται οτι* [17]*τοτε συνηκαν οι μαθηται οτι περι Ιωαννου του βαπτιστου ειπεν αυτοις.*

M 17_{10-13}: *και επηρωτησαν αυτον οι μαθηται λεγοντες· τι ουν οι γραμματεις λεγουσιν οτι Ηλιαν δει ελθειν πρωτον;* [11]*ο δε αποκριθεις ειπεν· Ηλιας μεν ερχεται* [*ελευσεται*: ff^{2}r?] *αποκαταστησαι* (D it^{pl} s^c s^{sch} > rell.: *και αποκαταστησει*) *παντα.* [12]*λεγω δε υμιν οτι Ηλιας ηδη* [s^{cl} s^{sch} om] *ηλθεν, και ουκ επεγνωσαν αυτον, αλλ εποιησαν εν* [ℵDFU it(> e) om] *αυτω οσα ηθελησαν.* [[*ουτως και ο υιος του ανθρωπου μελλει πασχειν υπ αυτων.*]] [13]*τοτε συνηκαν οι μαθηται οτι περι Ιωανου του βαπτιστου ειπεν αυτοις.* [Dabcef$^{1.2}$g^{1}r (> fg^{2}lq vg) habent *ουτως και ο υιος — υπ αυτων* post 13].

μ 9_{11-13}: *και επηρωτων αυτον λεγοντες, οτι λεγουσιν οι γραμματεις οτι Ηλιαν δει ελθειν πρωτον;* [12]*ο δε εφη αυτοις· Ηλιας ελθων πρωτον αποκαθιστανει παντα· και πως γεγραπται επι τον υιον του ανθρωπου, ινα πολλα παθη και εξουδενωθη·* [13]*αλλα λεγω υμιν, οτι και Ηλιας εληλυθε* [*ηδη ηλθεν*: C (fi)], *και εποιησαν αυτω οσα ηθελον, καθως γεγραπται επ αυτον.*

Num in harmonia narrationem de Iohanne securi percusso statim dictum de Iohanne et Elia exceperit, ut Iustinus tradit, discerni nequit. Verba Iustini accurate cum verbis Matthaei congruere apparet, atque additamentum illud sub finem narrationis, quod codices quidem alii alio loco habent, cum Iustini evangelium omiserit, in archetypo Matthaei defuisse constat.

Discrepant vero codices Syro-Latini cum ceteris, ita ut facile cognoscas antiqnitus illud dictum omnino defuisse, deinde ad marginem annotatum esse, inde in verba ipsa se ingessisse.

De adulescente divite.

I. ap. I 16_9. di. 101_6 = λ 18_{18} sq. = *M* 19_{16} sq. = μ 10_{17} sq.

I. ap. I 16_9: *και προσελθοντος αυτω τινος και ειποντος· διδασκαλε αγαθε, απεκρινατο λεγων· ουδεις αγαθος ει μη μονος ο θεος ο ποιησας τα παντα.*

I. di. 101_6: *λεγοντος αυτω τινος· [7]διδασκαλε αγαθε· απεκρινατο· τι με λεγεις αγαθον; εις εστιν αγαθος, ο πατηρ μου ο εν τοις ουρανοις.*

λ 18_{18} sq.: *και επηρωτησεν τις αυτον αρχων* [abef^{2}ilqr Mci. om] *λεγων* [D om]· *διδασκαλε αγαθε, τι ποιησας ζωην αιωνιον κληρονομησω. [19]ο δε ειπεν αυτω· τι με λεγεις αγαθον; ουδεις αγαθος ει μη εις ο θεος* [+ *ο πατηρ*: d arm Mci.$^{Epiph.}$].

M 19_{16} sq.: *και ιδου εις προσελθων αυτω ειπεν· διδασκαλε* [— *αγαθε*: aeg. Daef^1] *τι αγαθον ποιησω, ινα σχω ζωην αιωνιον; [17]ο δε ειπεν αυτω· τι με ερωτας περι του* [D om] *αγαθου;* (aeg. D it^{pl} s^{cl} s$^{p\ mg}$ s^h). *εις* [+ *γαρ*: s^c] *εστιν ο* [D om] *αγαθος* (aeg. D it(>fg^{1}hmq) s^{cl} s^h)

[+ *ο θεος*: bcf$^{1.2}$l vg s^c] [+ *ο πατηρ*: e.]

[*M* 19_{16} sq.: .... *διδασκαλε αγαθε* (rell.) *τι* [[*αγαθον*]] *ποιησω, ινα σχω ζωην αιωνιον; [17]ο δε ειπεν αυτω· τι με λεγεις αγαθον;* (unc^{rell} fq s^{sch} s$^{p\ txt}$ sah)
ουδεις αγαθος ει μη εις ο θεος (unc^{rell} fg^{1}hmq s^{sch} s^p)]

μ 10_{17} sq.: *εις ... επηρωτα αυτον διδασκαλε αγαθε· τι ποιησω, ινα ζωην αιωνιον κληρονομησω; [18]ο δε Ιης ειπεν αυτω· τι με λεγεις αγαθον; ουδεις αγαθος ει μη* [+ *μονος*: Dbcf^2] *εις* [cf* om] *ο* [D om] *θεος*.

Duas formas, ni fallor, responsionis Iesu Iustinus affert:

ap. I 16_9: *οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ μόνος ὁ θεὸς* [*ὁ ποιήσας τὰ πάντα*].

di. 101_6: *τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθός, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

Forma apologiae est verbis Lucae (λ 18_{19}) simillima, forma dialogi, quae est permixtio Matthaei et Lucae verborum, non in codicibus sed apud Marcionem (teste Epiph. haer. 42 p. 339), Marcosios (apud Iren. I 20_2), in homiliis, quae dicuntur Clementis (18_3), apud Naassenos (in philosoph. Hipp. 5_7) invenitur, qui etiam additamentum, quod est ὁ πατήρ [μου ὁ] ἐν τοῖς οὐρανοῖς, praebent. Hanc lectionem, cum apud Marcionem inveniatur, in Lucae evangelio sedem habuisse atque eandem etiam harmoniae tribuendam esse pro certo affirmamus. Quid vero altera lectio, quam in apologia Iustinus producit? Num Iustinus praeter Lucam auctum etiam Luca vulgari usus est? Quod cum iam per se verisimile esse non videatur, illo argumento refutatur, quod etiam apologiae verba e Luca et Matthaeo composita esse appareat. Illud enim προσελθὼν nusquam nisi apud Matthaeum invenitur, ut etiam apologiae verba e Luca aucto non e Luca vulgari sumpta esse manifestum sit.

Sed verbis Tatiani cum illis Marcionis collatis fortasse ad exitum aliquem pervenimus. Habuit Tatianus locum sic (sec. Zahn FGK I 173, Moesinger p. 169. 173): Nemo bonus, nisi tantum unus [deus] pater, qui in caelis [est], Marcion autem (sec. Epiph. haer. 42. p. 339): εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ θεός, ὁ πατήρ. Verba extrema apud utrumque consentiunt, differunt initia sententiae. Tatianus vero quas affert Iustinus lectiones miscet, qua cum re conspirat, quod etiam codex Italae Palatinus (e) Matthaei verbis vocem patris neque Luca neque Marco praebentibus addidit. Sic igitur statuendum videtur: Duplici forma haec verba Lucae iam in antiquissimis evangelii exemplaribus tradebantur; harmonia duas illas formas alteram tenore verborum, alteram ad marginem adscriptam recepit, quas Tatianus coniunxit. Atque hoc memoratu dignum esse videtur, quod D apud Matthaeum articulum ante θεὸς positum sicut Iustinus, Marcosii, Naasseni omisit. Aliquid certi dicere adhuc non audeo.

Nihil esse, quod Deus efficere non possit.

I. ap. I 19_{10} = λ 18_{27} = M 19_{26} = μ 10_{27}.

I. ap. I 19_{10}: τα αδυνατα παρα ανθρωποις δυνατα παρα θεω.

λ 18_{27}: *τα αδυνατα παρα ανθρωποις δυνατα παρα τω θεω εστιν* (aeg. 1. 28. 118. 131. 157. 209. a e [s^{cl} s^{h}, sed hoc non certe indicant]).

λ 18_{27}: *τα αδυνατα παρα ανθρωποις δυνατα* [+ *εστιν*: $unc^{rell.}$ $bcff^{2}ilqr$ vg go s^{p}] *παρα* [— *τω*: DP 157.] *θεω*. [Iren. Tert. om *εστιν*].

D habet sic: *ΠΑΡΑΘΩ*: *ΕΣΤΙΝ*: *ΤΕΛΟΣ*. Prima quidem manus illud *εστιν* scripsit sed spatio inter *θεω* et *εστιν* interiecto.

M 19_{26}: *παρα ανθρωποις τουτο αδυνατον εστιν, παρα δε* [+ *τω*: DM] *θεω δυνατα παντα.*

μ 10_{27}: *παρα ανθρωποις* [+ *τουτο*: C^{3}DN bcg^{2} s^{sch}] *αδυνατον* [+ *εστιν*: D it^{s} vg]

αλλ ου παρα θεω. παντα γαρ δυνατα παρα τω θεω (pler.)	*παρα δε τω θεω δυνατον* [+ *εστιν*: a]: $Daf^{2}k$; [*παρα δε τω θεω παντα δυνατα εστιν*: cr]; nil nisi *αλλ ου παρα θεω*: *Δ* 1. 69. 1.

Ad verbum oratio Iustini cum forma Lucae Syro-Latina consentit, atque illud *ἐστὶν* Iustinus Irenaeus Tertullianus omittunt, codices autem alii alio loco habent, ut additamentum esse constet. In codice Cantabrigiensi iam primus librarius spatium inter voces *θεω* et *εστιν* intermisit, recentior interpunxit ante et post *εστιν*, quae puncta aliis locis illud *τελος* (i. e. finem capitis) includunt. Non falso ex his tibi fingas in archetypo vocem *εστιν* defuisse.

Utrum harmonia hoc loco e Lucae exemplo perantiquo hauserit, an codices Syro-Latini ab harmonia pendeant, diiudicari nequit.

De templi purgatione.

I. di. 17_{15} = *λ* 19_{45} sq. = *M* 21_{12} sq. = *μ* 11_{15} sqq.

I. di. 17_{15}: *δυσχρηστος γαρ υμιν εδοξεν ειναι βοων παρ υμιν*· [16]*γεγραπται*· *ο οικος μου οικος προσευχης εστιν, υμεις δε πεποιηκατε αυτον σπηλαιον ληστων, και τας τραπεζας των εν τω ναω κολλυβιστων κατεστρεψεν.*

λ 19_{46} (aeg.): *γεγραπται· και εσται ο οικος μου οικος προσευχης* (aeg. 𝔉. cl)· *υμεις δε αυτον εποιησατε σπηλαιον ληστων.*

[45] *Και εισελθων εις το ιερον ηρξατο εκβαλλειν τους πωλουντας.*

λ 19_{46}: *γεγρ. ο οικος μου οικος προσευχης εστιν* (rell.), *υμεις δε εποιησατε αυτον σπηλαιον ληστων* (D it (> a) vg).

[45] *και εισελθ. εις τ. ιερ. ηρξατο εκβαλλειν τ. πωλ.* + *και αγοραζοντας* (rell.)
+ *και τας τραπεζας των κολλυβιστων εξεχεε και τας καθεδρας των πωλουντων τας περιστερας* (DΔ 262. acef²g²ilqsr sp c.*) + *κατεστρεψεν* (Δ 262.cf²lq).

M 21_{13}: *και λεγει αυτοις· γεγραπται· ο οικος μου οικος προσευχης κληθησεται, υμεις δε αυτον ποιειτε* (aeg. > rell.: *εποιησατε* > *πεποιηκατε*: l. Orig.) *σπηλαιον ληστων.*

[12] *Και εισηλθεν ο Ιησους εις το ιερον* [*του θεου*], *και εξεβαλεν* [+ *εκ του ιερου του θεου*: s] *παντας τους πωλουντας και αγοραζοντας εν τω ιερω, και τας τραπεζας κατεστρεψεν και τας καθεδρας των πωλουντων τας περιστερας.*

μ 11_{17}: *και εδιδασκεν και ελεγεν αυτοις· ου* [Dbeikq om] *γεγραπται οτι* [CD it⁶ om] *ο οικος μου οικος προσευχης κληθησεται πασιν τοις εθνεσιν; υμεις δε εποιησατε* [BLΔ: *πεποιηκατε*] *αυτον σπηλαιον ληστων.*

[15] *Και ερχονται εις Ιεροσολυμα. και εισελθων εις το ιερον* [D: *και οτε ην εν τω ιερω*] *ηρξατο εκβαλλειν τους* [D om] *πωλουντας και τους αγοραζοντας εν τω ιερω, και τας τραπεζας των κολλυβιστων και τας καθεδρας των πωλουντων τας περιστερας κατεστρεψεν* [D om].

Matthaeus Lucas Marcus plane confunduntur:

M: *τὰς τραπέζας τῶν* [*ἐν τῷ ναῷ*] *κολλυβιστῶν κατέστρεψε.*

λ: *γέγραπται· ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς ἐστιν.*

μ: *ὑμεῖς δὲ πεποιήκατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.*

Haec extrema, utrum e Marco an e Luca petita sint, parum certum est, cum forma Syro-Latina collocationem verborum *ἐποιήσατε αὐτὸν* etiam in Luca habeat, neque e codicibus Latinis cognosci possit, perfectum an aoristum in auctore Graeco

legerint. Itaque hoc quoque loco incertum manet, fueritne haec lectio Lucae genuina, an ex harmonia in codices Syro-Latinos penetraverit.

De vectigali Caesari dando.

I. ap. I 17_1 = λ 20_{21-25} = *M* 22_{16-21} = μ 12_{14-17}.

I. ap. 17_1: ***κατ εκεινο γαρ του καιρου προσελθοντες τινες ηρωτων αυτον, [2]ει δει Καισαρι φορους τελειν. και απεκρινατο· ειπατε μοι, τινος εικονα το νομισμα εχει; οι δε εφασαν· Καισαρος. και παλιν απεκρινατο αυτοις· αποδοτε ουν τα Καισαρος τω Καισαρι και τα του θεου τω θεω.***

λ 20_{21-25}: *και επηρωτησαν αυτον λεγοντες· διδασκαλε, ...* ***[22]εξεστιν ημας | Καισαρι φορον δουναι*** **[D it ∼]** ***η ου;*** **[23]...** *ειπεν προς αυτους·* ***[24]δειξατε μοι δηναριον*** **[*νομισμα*: D].** ***τινος εχει εικονα και επιγραφην; οι δε ειπαν· Καισαρος. [25]ειπεν δε· τοινυν*** **[Daef^{2}ilq s^{cl} om]** ***αποδοτε τα*** **[+ *του*: D]** ***Καισαρος*** **[+ *τω*: C*DL]** ***Καισαρι και τα του θεου τω θεω.***

M **22_{16-21}:** *και αποστελλουσιν αυτω τους μαθητας [αυτων] μετα των Ηρωδιανων λεγοντας· διδασκαλε .....* **[17][—** ***ειπον ουν*** **[s^c om]** ***ημιν*:** **Dabef$^{1.2}$qr s^l]** ***τι σοι δοκει; εξεστιν δουναι κηνσον Καισαρι η ου;*** **[18].....** *τι με πειραζετε, υποκριται;* *[19]επιδειξατε μοι* ***το νομισμα*** *του κηνσου. οι δε προσηνεγκαν αυτω δηναριον.* ***[20]και λεγει αυτοις ο Ιησους· τινος η εικων αυτη και η επιγραφη; [21]λεγουσιν· Καισαρος. τοτε λεγει αυτοις· αποδοτε ουν*** **[Dabcef^1 s^{cl} (s^h) om]** ***τα Καισαρος*** **[+ *τω*: DKMΔ]** ***Καισαρι και τα του θεου τω θεω.***

μ 12_{14-17}: *και ελθοντες λεγουσιν αυτω· διδασκαλε, ...* ***εξεστιν κηνσον Καισαρι δουναι*** **[*ει εξεστιν ημας δουναι επικεφαλαιον Καισαρι*: D 124. k]** ***η ου; | δωμεν η μη δωμεν;*** **[Dabcf^{2}il (225. g^2) vg om].** **[15]***ο δε ... ειπεν αυτοις· τι με πειραζετε; φερετε μοι δηναριον ινα ιδω.* *[16]οι δε ηνεγκαν.* ***και λεγει αυτοις· τινος η εικων αυτη και η επιγραφη; οι δε ειπαν αυτω· Καισαρος. [17]ο δε Ιησους ειπεν αυτοις· τα Καισαρος αποδοτε Καισαρι και τα του θεου τω θεω*** **(aeg. s^{sch}) [[*αποδοτε* [+ *ουν*: M 𝔉. it^{pl} (> ik) vg] *τα* [+ *του*: D] *Καισαρος* [+ *τω*: D] *Καισαρι και τα του θεου τω θεω* (unc^{rell} it vg sah)]].**

Iustinum Lucae verba praecipue sequi et indicat tenor narrationis et ostendunt voces: ἠρώτων, φόρον διδόναι (I.: φόρους τελεῖν, qua de re conf. infra) τίνος ἔχει εἰκόνα. Νόμισμα est Matthaei vocabulum, sed idem in Luca harmonia intercedente forma Syro-Latina habet. Προσελθόντες e Marco originem ducere videtur. Quodsi autem vocem οὖν, quam Iustinus post vocem ἀπόδοτε habet, forma Syro-Latina in Marco solo praebet, in Luca τοίνυν, in Matthaeo οὖν omittit, inde declarabimus, quod cum sententia a totius capitis tenore separata saepius exhiberetur, illud οὖν haud dubitanter omittebatur. Tatianus quoque secundum quidem versionem Arabicam (ed. Ciasca p. 60[lat.]) hanc particulam praetermisit.

De habitu beatorum.

I. di. 81_{17} = λ 20_{35} sq. = *M* 22_{30} = μ 12_{25}.

I. di. 81_{17}: ο κυριος ημων ειπεν οτι [18]ουτε γαμησουσιν ουτε γαμηθησονται, αλλα ισαγγελοι εσονται, τεκνα του θεου της αναστασεως οντες.

λ 20_{35} sq.: ουτε γαμουσιν ουτε γαμιζονται [36]ουτε γαρ αποθανειν ετι δυνανται. ισαγγελοι γαρ εισιν και υιοι εισιν θεου της αναστασεως υιοι οντες (fere omnes).

λ 20_{36}: ισαγγελοι γαρ εισιν της αναστασεως υιοι οντες (s[1]).

λ 20_{36}: ισαγγελοι γαρ εισιν θεου της αναστασεως υιοι οντες (it Mci.) [e: ισαγγ. γ. εισ. θ. υιοι τ. αναστ. οντες].

λ 20_{35} sq.: ουτε γαμουσιν ουτε γαμιζονται ουδε γαρ αποθανειν ετι μελλουσι. εισαγγελοι γαρ εισιν τω θεω της αναστασεως υιοι οντες (D).

M 22_{30}: ουτε γαμουσιν ουτε γαμιζονται, αλλ ως αγγελοι θεου [BD 1. 209. abceff[2]hq s[c] arm sah om] εν τω [D om] ουρανω εισιν.

μ 12_{25}: ουτε [D: ου] γαμουσιν ουτε [D: ουδε] γαμιζονται, αλλ εισιν ως αγγελοι [+ θεου 33. 69. l] εν τοις ουρανοις.

Hic locus optime et qua ratione sit ars critica evangeliis adhibenda et quibus adhuc opinionibus praeiudicatis homines docti usi sint, demonstrat, quippe qui codices Bℵ semper fere putaverint lectiones genuinas tradere, Syro-Latinos vero si non neglegendos pronuntiare, tamen neglegere non veriti sint. Certe enim Syrus Lewisianus verba Lucae genuina affert, quibus iam antiquissimis temporibus e Matthaeo vel a lectore quodam ex suis vox *θεοῦ* addebatur: *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες*, quod quidem Latine plane et perlucide dictum est: „similes enim sunt angelis Dei", Graeca autem lingua sic dictum merito librarios et viros doctos offendebat, ut aliquo modo emendare conarentur. Iustinus autem, quem in harmonia haec invenisse puto: *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν υἱοὶ θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες* (vid. infra), vocem *θεοῦ* cum insequenti *ἀναστάσεως* coniungit, atque ex memoria locum sic affert: *ἰσάγγελοι ἔσονται, τέκνα τοῦ θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες*. Codex D illud *θεοῦ* cum voce *ἴσος* (in *ἰσάγγελοι*) coniungere conatur et notionem „angeli Deo similes" exprimi vult, cum scribit: *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν τῷ θεῷ*.

Tatiani verba certe agnosci non possunt, cum Aphraates alio loco aliter ea afferat. Habet (ed. Wright) p. 167:

מטל דאין מלאכא אנון דאלהא. ובניא דקימתא:

i. e. *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν θεοῦ καὶ υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως* [*ὄντες*], quae sunt verba evangelio Iustini simillima. Sed p. 429 sic refert:

אלא אין מלאכא אנון דבשמיא [cod. A: דאלהא] ובניא דאלהא

i. e. *ἀλλ' ὡς* [*ἰσ-*]*ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ* [vel *θεοῦ*] *καὶ υἱοὶ θεοῦ*. Hic quidem locus Matthaeum resipit, sed cum a nullo codice in *M* sic verba tradita sint atque hoc ipso Aphraatis loco illud *καὶ υἱοὶ θεοῦ* Lucam aliquomodo indicet, Aphraatem hoc loco ex memoria verba evangelii attulisse equidem puto atque Tatiani harmoniae verba supra data, quae cum Iustino atque codicibus Syro-Latinis apud *λ* consentiunt, attribuam. Num Zahnius (FGK I 187 sq.) hoc loco verba Tatiani recte restituerit, optimo iure dubitatur. Formam enim paginae 167 cum forma p. 429 conglutinare minime licet.

Codices ceteri verba: *καὶ υἱοὶ* [*θεοῦ*] *εἰσὶν* inserunt, quae etiam in Italae codices fq et in Hieronymi versionem pene-

traverunt. Sic fortasse omnes huius loci discrepantiae explicari possunt: Genuina lectio fuit: *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες*, discrepantia vero antiqua, quae apud Iustinum et codicem Palatinum (e) elucet, in codicibus Syriacis per linguam ferebatur: *ἰσάγγ. γ. εἰσιν υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως ὄντες*. Utrisque lectionibus vox *θεοῦ* addita sed non eodem loco in verba ingessa est. Altera lectio facta est: *ἰσάγγ. γάρ εἰσιν θεοῦ τ. ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες*, altera exstitit: *ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν υἱοὶ θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες*; illa est lectio Marcionis et Italae, haec est lectio Iustini. Haec autem, cum aliquantum difficultatis praeberet, voce *καὶ* ante *υἱοὶ* inserta emendabatur[1]) atque cum lectione Marcionis commiscebatur, ut fieret: *ἰσάγγ. γάρ εἰσιν καὶ υἱοὶ θεοῦ* [[*εἰσιν*, quod ℵ habet ante *θεοῦ*]] *τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες*. Non autem codices ℵBL fontem fuisse, ex quo reliquorum codicum lectiones fluxissent, sed omnium praeter unum codicum lectiones iam emendationes ostentare, quarum priorem gradum codices Syro-Latini, posteriorem reliqui codices indicent, mihi quidem persuasum est.

De Iesu orationibus de rebus futuris habitis.

Gravissimo harum orationum dicto iam supra (cf. pag. 55 sqq.) tractato nonnulla tantum alia commemoranda sunt:

1. di. 35_6: *ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις*.

2. di. 35_8: *ἀναστήσονται πολλοὶ ψευδόχριστοι καὶ* [9]*ψευδοαπόστολοι καὶ πολλοὺς τῶν πιστῶν πλανήσουσιν*.

3. di. 82_4: *ὅτι φονεύεσθαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέλλομεν, καὶ·*

---

[1]) Huc pertinet lectio, quam praebet Chrysostomus (ed. Montfaucon VII 690 B): *ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, φησὶν* (scil. Matthaeus) *οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι θεοῦ ἐν οὐρανῷ. Ὁ δὲ Λουκᾶς φησιν, ὡς υἱοὶ θεοῦ*. Lucanam vero ipsam lectionem affert I 22 D: *ἔσονται* (ut Iustinus) *γάρ, φησὶν, ἰσάγγελοι*. Habuit igitur: *ἔσονται γὰρ ἰσάγγελοι ὡς υἱοὶ θεοῦ*, quae lectio, cum certe illud *τῆς ἀναστάσεως* [*υἱοὶ ὄντες*] sequeretur, nil aliud indicat nisi e verbis Matthaei in Lucam vocabulum *θεοῦ* irrepsisse, quo haec Lucae lectio ab aliis alia ratione emendaretur.

4. ὅτι ψευδοπροφῆται καὶ ψευδόχριστοι πολλοὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ παρελεύσονται καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

ad 1. cf. Resch, (TU V 174 sqq.) et Bousset (p. 96). Non exstant similia his in evangeliis nostris (conf. infra).

ad 2. plane *M* $24_{11.\ 24}$ et *μ* 13_{22} confunduntur:

M 24_{11}: καὶ πολλοὶ [+ ψευδόχριστοι καὶ: Chr.] ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται [4. 262.: ἀναστήσ.] καὶ πλανήσουσι πολλούς.

μ 13_{22}: ἐγερθήσονται δὲ | ψευδόχριστοι καὶ [D 124. ik om] ψευδοπροφῆται καὶ ποιήσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, εἰ δυνατόν, τοὺς ἐκλεκτούς.

M 24_{24}: ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανηθῆναι [πλανῆσαι], εἰ δυνατόν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

Loci Iustini, cum ex memoria allati sint, ad rem criticam minime adhibendi sunt. Discrepantiam ψευδοαπόστολοι libertati Iustini attribuam (cf. Bousset p. 96).

ad 3. alluditur ad *M* 24_{9} (*μ* 13_{13} *λ* 21_{17}).

ad 4. Memoria deficiente *M* 24_{11} (conf. paullo supra) citatur atque confunditur cum *M* 24_{5}: πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες· ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

Nihil fere ex his omnibus demonstrari potest.

5. I. di. 76_{17} = *M* 25_{41}.

I.: υπαγετε εις το σκοτος το εξωτερον, ο ητοιμασεν ο πατηρ τω σατανα και τοις αγγελοις αυτου.

M: πορευεσθε [א: υπαγετε] απ εμου οι κατηραμενοι εις το πυρ το αιωνιον [40*: εξωτερον], ο ητοιμασεν ο πατηρ μου τω διαβολω καὶ τοις αγγελοις αυτου.
(D 1. 22. abcf$^{1.\ 2}$g^{1}hr).[1]) [rell.: το ητοιμασμενον τω διαβολω και τοις αγγελοις αυτου.]

---

[1]) Quae lectio etiam invenitur in Sermonum Arrianorum fragmentis antiquissimis, quae edidit A. Mai, Nova coll. script. vet. III 2. 208 sqq. (fragm. XII p. 227).

Cum verbis Iustini accurate congruit forma dicti, quae invenitur in hom[clem] 19_2, ut Iustinum ad verbum locum afferre constet. Atque hoc loco plane Iustinum et codices Syro-Latinos Matthaei lectionem genuinam praebere elucet, cum lectores quosdam, qui patrem ignem diabolo parasse aegre ferebant, verba mutasse manifestum sit. Non igitur hanc lectionem codices Syro-Latini ex harmonia sumpserunt sed omnia vel pleraque alterius saeculi exemplaria illam habuisse constat.

Sequuntur quae affert Iustinus ex passione dominica verba.

De cena dominica.

I. ap. I 66_4 = λ 22_{17-20} = *M* 26_{26-29} = μ 14_{22-25}.

ap. I. 66_4: *οι γαρ αποστολοι εν τοις γενομενοις υπ αυτων απομνημονευμασιν, ⁵α καλειται ευαγγελια* [? fortasse *ευαγγελιον*], *ουτως παρεδωκαν εντεταλθαι αυτοις τον Ιησουν· λαβοντα αρτον ευχαριστησαντα ειπειν· ⁶τουτο ποιειτε εις την αναμνησιν μου· τουτο εστι το σωμα μου· και το ποτηριον ομοιως λαβοντα ειπειν τουτο εστιν το αιμα μου· και μονοις αυτοις μεταδουναι.*

λ 22_{17}: *και δεξαμενος ποτηριον ευχαριστησας ειπεν· λαβετε τουτο και διαμερισατε εις εαυτους* [vel *εαυτοις*] ¹⁸*λεγω γαρ υμιν οτι ου μη πιω απο του νυν απο του γενηματος της αμπελου, εως οτου η βασιλ. τ. θ. ελθη.* ¹⁹*και λαβων αρτον ευχαριστησας εκλασεν και εδωκεν αυτοις λεγων· τουτο εστιν το σωμα μου*

το υπερ υμων διδομενον· τουτο ποιειτε εις την εμην αναμνησιν. ²⁰*και το ποτηριον ωσαυτως μετα το δειπνησαι λεγων· τουτο το ποτηριον η καινη διαθηκη εν τω αιματι μου το υπερ υμων εκχυνομενον.*	Daf²il be om [be cf. infra]

λ 22_{19a}: *και λαβων αρτον ευχαριστησας εκλασεν κ. εδωκεν αυτ. λεγ: τουτο εστιν το σωμα μου* [+¹⁹ᵇ*το υπερ*

υμων. τουτο ποιειτε εις εμην αναμνησιν: s^{cl}] 17 *και* [+ *μετα το δει-*
πνησαι: s^{l}] *δεξαμενος ποτηριον ευχαριστησας ειπεν·*
λαβετε τουτο και διαμερισατε εις εαυτους [+ 20 *τουτο η καινη*
διαθηκη εν τω αιματι μου το υπερ υμων εκχυνομενον: s^{l}] 18 *λεγω*
γαρ υμιν οτι ου μη πιω απο του νυν απο του γενηματος
τ. αμπ., εως οτου η βασ. τ. θ. ελθη. (be s^{cl}).

M 26$_{26}$: *εσθιοντων δε αυτων λαβων ο Ιης αρτον και*
ευλογησας [*ΑΓΔ* al.: *ευχαριστησας*] *εκλασεν και δους τοις*
μαθηταις ειπεν· λαβετε φαγετε, τουτο εστιν το σωμα
μου 27 *και λαβων* [το] *ποτηριον και ευχαριστησας εδωκεν*
αυτοις λεγων· πιετε εξ αυτου παντες [D^{gr}b om] 28 *τουτο*
[— *γαρ:* C^{3} 1. 22. ac s^{l} s^{sch}] *εστιν το αιμα μου το της*
καινης [aeg. om] *διαθηκης* [s^{l}: *η καινη διαθκη*] *το περι*
πολλων εκχυνομενον εις αφεσιν αμαρτιων 29 *λεγω*
δε υμιν· ου μη πιω απαρτι εκ τουτου του γενηματος της
αμπελου εως της ημερας εκεινης, οταν αυτο πινω μεθ υμων
εν τη βασιλεια του πατρος μου.

μ 14$_{22}$: *και εσθιοντων αυτων λαβων αρτον* [*και*]
ευλογησας[*-εν και*] *εκλασεν και εδωκεν αυτοις και ειπεν·*
λαβετε, τουτο [D: *τουτ*] *εστιν το σωμα μου* 23 *και*
λαβων ποτηριον ευχαριστησας εδωκεν αυτοις και επιον εξ
αυτου παντες 24 *και ειπεν αυτοις· τουτο* [D: *τουτ*] *εστιν το*
αιμα μου της [+ *καινης*: pler. > aeg. Dk] *διαθηκης το εκ-*
χυνομενον υπερ πολλων. 25 *αμην λεγω υμιν οτι ουκετι ου*
μη πιω εκ του γενηματος της αμπελου, εως της ημερας
εκεινης, οταν αυτο πινω καινον εν τη βασιλεια του θεου.

1. *κ* 11$_{23}$: *ο κυριος Ιης εν τη νυκτι η παρεδιδετο,*
ελαβεν αρτον 24 *και ευχαριστησας εκλασεν και ειπεν·* [*λαβετε*
φαγετε] *τουτο μου εστιν το σωμα το υπερ υμων* [*κλωμενον*].
τουτο ποιειτε εις την εμην αναμνησιν. 25 *ωσαυτως*
και το ποτηριον μετα το δειπνησαι λεγων· τουτο το ποτη-
ριον η καινη διαθηκη εστιν εν τω εμω αιματι. τουτο
ποιειτε, οσακις πινητε, εις την εμην αναμνησιν.

Diat. Tat. (sec. hom. Aphr. XII 4, Wright p. 221): *λαβων*
αρτον και ευχαριστησας (?) *εδωκεν τοις μαθηταις αυτου και*
ειπεν αυτοις· τουτο εστιν το σωμα μου. λαβετε φαγετε
αυτου παντες· [*και το ποτηριον ωσαυτως*?] *ευχαριστησας*
ειπεν αυτοις· τουτο [*εστι*] *το αιμα μου* [*τ*]*η*[*ς*] *καινη*[*ς*]

διαθηκη[ς] το περι πολλων εκχυνομενον εις αφεσιν αμαρτιων. τουτο ποιειτε εις την εμην αναμησιν, οσακις πινητε (?).

Quamquam exspectandum est sanctissima verba domini nostri ab omnibus patribus codicibus versionibus convenienter tradi, invenimus ne duos quidem testes ad verbum conspirare. Causa est, quod iam evangelistae non convenerunt. Quaerentibus autem, quae fuerint hoc loco verba evangelii Iustini, et quocum nostrorum codicum congruant, hoc in universum respondendum videtur esse: Locus apologiae non omnia quae legit Iustinus verba nobis tradit; haec arcana et sancta non cum paganis communicat sed gravissima modo verba exhibet, quibus quid sit cena dominica explicet. Conferenti mihi cum loco apologiae di. 24_2: *καὶ αἵματι σωτηρίῳ πεπιστεύκαμεν· ³ἄλλη διαθήκη τανῦν* .... et di. 70_{14}: *ὅτι μὲν οὖν καὶ ¹⁵λέγει ἐν ταύτῃ τῇ προφητείᾳ περὶ τοῦ ἄρτου, ὃν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ¹⁶σεσωματοποιῆσθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν, δι' οὓς καὶ παθητὸς γέγονε, καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου, ὃ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ παρέδωκεν εὐχαριστοῦντας ποιεῖν, φαίνεται* persuasum est Iustinum non solum illud *τῆς καινῆς διαθήκης* sed etiam in altera parte cenae apud calicem verba *τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν* habuisse, ut verba Iustini sic fere restituenda videantur: *λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον εὐχαριστήσας [[ἔκλασεν καὶ ἔδωκεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ]] καὶ εἶπεν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὡσαύτως λαβὼν καὶ εὐχαριστήσας εἶπεν· τοῦτό ἐστιν τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης [[τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν]].*[1]) *τοῦτο ποιεῖτε [[ὁσάκις πίνητε]] εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* (Uncis inclusi, quae per coniecturam restituta sunt.)

Mira ratione cum his Iustini verbis refectis Tatiani diatessaron congruit (conf. supra), quod iam non valde mirabimur. Prius quidem *τοῦτο ποιεῖτε* Tatianus non praebet, sed de hac re iam infra pauca dicemus. Ex singulis evangeliis locus sic est compositus:

---

[1]) cf. di. 41_1: ... *τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ²ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους, οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρωπῶν, Ἰ. Χρ. ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν.*

λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας = λ 22_{19a}
[[ἔκλασεν καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς (τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ)]] = M 26_{26} = λ 22_{19} = μ 14_{22}.
εἶπεν = M = μ.
τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου = M = μ [[= λ (β)]].
καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον = M = μ.
καὶ εὐχαριστήσας εἶπεν = λ 22_{17a} (M, μ).
τοῦτό ἐστιν τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης = M.
[[τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν]] = M.
τοῦτο ποιεῖτε [[ὁσάκις πίνητε]] εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν = 1. κ.

Nihil igitur ex Lucae versibus 22_{19b} et 20 affertur. Atqui illud *τοῦτο ποιεῖτε* exinde originem ducere videtur, qua de re nunc aliquid proponam. *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου* habet Iustinus ante verba *τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου*. Duo tantum testes haec verba praebent, Paulus nempe et Lucas, e quibus Lucas auctor Iustini evangelii esse non potest. Si enim compositor harmoniae hoc loco Lucae evangelio usus verba *τοῦτό ἐστιν το σῶμά μου* e Luca hausisset, tenorem huius evangelii porro secutus verba *τοῦτο ποιεῖτε* post illud *τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου* collocasset. Sed altera quoque causa impedivit eum, quominus verba *τοῦτο ποιεῖτε* e Luca promeret. Codices enim, qui compositori erant in promptu, occidentales erant. Hi codices autem illa verba cum omitterent, compositori praebere certe non potuerunt. Restat igitur auctor huius rei Paulus, quem compositor in altera quoque parte cenae apud calicem secutus est, quo loco nemo nisi idem Paulus verba *τοῦτο ποιεῖτε* praebuit. Sic demum etiam illud explicatur, qua de causa haec verba apud Iustinum non locum suum habeant, apud Tatianum omittantur. Certe ex evangeliis, ut res ferebat, compositor hanc quoque narrationem composuit, sed cum Paulum eandem rem tradere non ignoraret, verbis iam confectis epistulam ad Corinthios contulit et nonnulla ex ea ad marginem harmoniae adscripsit, praeter alia illud duplex *τοῦτο ποιεῖτε*. Sic accidit, ut prius dictum apud Iustinum falso loco verba invaderet et apud Tatianum omitteretur, alterum apud utrumque legeretur. Atque illud *ὁμοίως* (= *ὡσαύτως*) eidem fonti attribuendum est. Quod autem verba attinet: *καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι,*

certe ad Iustinum ipsum revocanda sunt, cum hoc ex narratione evangelica concludere unicuique liceret.

Quaestio illa, num codices Syro-Latini apud *λ* omnino cenam dominicam habuerint necne (cf. Blass, St Kr 1896, 733 sqq.), hoc loco solvi non potest. Sed hoc quidem statuendum videtur: codices be s^{cl} tantam confusionem et permutationem praebere, ut quos auctores secuti sint, diiudicari non iam possit. Versus autem 19^b et 20 in archetypo codicum Syro-Latinorum defuisse ex his quoque codicibus apparet, cum nil nisi lectionem codicis D alii alia ratione emendare studeant. Neque id praetermittere mihi licet, quod s^l apud *M* convenienter cum Tatiano (cod. A ap. Aphr.) habet: הנו דמי דיתיקא חדתא i. e. *τοῦτο* [*ἐστὶ*] *τὸ αἷμά μου ἡ καινὴ διαθήκη*, quod etiam apud s^h in cod. B invenitur.[1])

Etsi singula huius pericopae non satis constant, tamen in universum nostra propositio etiam hac narratione probatur.

De precatione Gethsemanea.

I. di. 99_9. 103_{24} = *λ* 22_{42} = *M* 26_{39} = *μ* 14_{36}.

I. di. 99_9: *πατερ, ει δυνατον εστιν, παρελθετω το ποτηριον τουτο απ εμου. και μετα τουτο ευχομενος λεγει· μη ως εγω βουλομαι, αλλ ως συ θελεις.*

I. di. 103_{24}: *παρελθετω, ει δυνατον, το ποτηριον τουτο.*

λ 22_{42}: *πατερ, ει βουλει παρενεγκε* [*παρελθατω*: s^{cl} s^{sch} sah] *τουτο το ποτηριον* [*το ποτηριον τουτο*: pler > aeg. Dff²] *απ εμου· πλην μη το θελημα μου αλλα το σον γενεσθω.*

λ 22_{42} [*β*]: *πατερ, μη το θελημα μου αλλα το σον γενεσθω·* | *ει βουλει* [a om] *παρενεγκε τουτο το ποτηριον απ εμου* (Dacef²).

M 26_{39}: *πατερ, ει δυνατον εστιν, παρελθατω απ εμου το ποτηριον τουτο, πλην ουχ ως εγω θελω, αλλ ως συ.*

---

[1]) Certe in lingua Syriaca offensio exsistit, cum duo genetiva ab uno nominativo pendeant. Qua de causa etiam *M* et *μ* Iesu verba certe non recte interpretati sunt, nam *τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης* Aramaice dici fere non potest.

μ 14_{36}: *αββα ο πατηρ* [+ *ει*:d] | *παντα δυνατα* [Dair ~] *σοι* [+ *εισιν*: Dff²ilqr vg] *παρενεγκε* | *τουτο το ποτηριον* [DN 1.209.aqr ~] *απ εμου· αλλ* [d om] *ου τι* [D:*ουχ ο*; 𝔉. cdf²: *ουχ ως*] *εγω θελω* [a:*λεγω*], *αλλα τι* [𝔉. cdf²: *αλλ ως*] *συ* [+ *θελεις*: Dacf²g²q].

Iam precationis forma apud Iustinum dilucide ex verbis Lucae Matthaei Marci composita est:

πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστιν	: *M*
παρελθάτω	: *M*; apud *λ*: s^cl s^sch sah cop.
τὸ ποτήριον τοῦτο	: *M*, *μ* (> DNaqr), *λ* (> aeg. Dff²)
ἀπ' ἐμοῦ (hoc loco)	: *μ λ*·
μὴ	: *λ*
ὡς ἐγὼ βούλομαι	: *M* (sed: *θέλω*)
	μ [*β*] (sed: *θέλω*, a: dico)
ἀλλ' ὡς σὺ	: *M*, *μ* [*β*]
+ *θέλεις*	: *μ* [*β*].

Quorum verborum imprimis haec ultima vox *θέλεις* iterum quantopere Iustini evangelium cum forma Syro-Latina cohaereat, plane ostendit. Illa vero precatio ex evangeliorum trium verbis composita di. 103 inter verba Lucae perhibetur (conf. infra p. 93), quod propositionem nostram saepe dictam denuo probat.

Cetera passionis momenta etsi commemorantur, tamen rei criticae nil novi praebent: di. 102 invenitur inquisitio Pilati, 103 Iesus missus ad Herodem, 97 crucifixio et vestimentorum sortitio.

De irrisione crucifixi

bis apud Iustinum agitur: di. 101_{12}: *οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐσταυρωμένον καὶ κεφαλὰς ἕκαστος ἐκίνουν καὶ* ¹³*τὰ χείλη διέστρεφον καὶ* ¹⁴*τοῖς μυξωτῆρσιν ἐν ἄλλοις διερινοῦντες* [? verba certe corrupta], *ἔλεγον εἰρωνευόμενοι ταῦτα, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται Υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγεν, καταβὰς περιπατείτω. σωσάτω αὐτὸν ὁ θεός.* ap. I 38_6 *σταυρωθέντος γὰρ αὐτοῦ ἐξέστρεφον τὰ χείλη καὶ ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς λέγοντες· ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας ῥυσάσθω ἑαυτόν.*

Alluditur modo, ut varietas verborum indicat, ad *M* 27_{39-43} et locos apud *μ λ* eandem rem praebentes. Fortasse autem id

mentione dignum est, quod *M* 27_{41} D it[part] s[1] sugillantes non *γραμματεῖς καὶ πρεσβυτέρους* sed *γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους* nominant, cum Iustinus quoque (confer p. 38 sq.) in vaticinio passionis dominum ab his vexatum esse dicat.

De verbis crucifixi duobus.

1. I. di. 99_5: *ο θεος, ο θεος, ινα τι εγκατελιπες με;*

M 27_{46}: *θεε μου, θεε μου, ινα τι με εγκατελιπες;*

μ 15_{34}: *ο θεος μου, ο θεος μου, εις τι εγκατελιπες με;* (ℵBLf² vg > pler.: *με εγκατελιπες* > *ωνειδισας με*: D[gr] c);

ψ 22_2 LXX: *ο θεος, ο θεος μου, προσσχες μοι, ινα τι εγκατελιπες με.*

Quae in evangelium Iustini lectio fuerit recepta, non satis apparet, cum nesciamus, utrum ex psalmo Iustinus, quippe qui etiam sequentia psalmi verba eodem tenore exhibeat, locum attulerit an ex evangelio. Sed cum paullo ante verba LXX interpretum integra exhibeat, verisimile est, Iustinum verba supra allata ex evangelio sumpsisse.

2. Alterum affertur dictum crucifixi di. 105_{13}: *πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου,* quod ad verbum cum *λ* 23_{46} consentit.

Quae ad sepulcrum resurrectionem ascensionem Iesu verba alludunt, ad rem criticam nullius momenti sunt.

Iam pauca nobis addenda sunt

de prima Iesu infantia.

Omnes fere has historias se novisse Iustinus plane ac diserte eas ex memoria enarrando demonstrat. Capita *M* 1 et 2 tota profert, cum capitum Lucae duorum primorum haec non enumerentur: Gabriel nuntius ad Zachariam missus, Mariae et Elisabet congressus, generatio baptistae, angeli et pastores, circumcisio Iesu, Simeon et Anna, Iesus duodecim annorum puer in templo versatus. Sed has omissiones nihil valere per se apparet.

Nonnulla tamen singula eaque gravissima hoc loco sunt tractanda, quae iterum propositioni nostrae subveniunt.

Praeconium, quod exhibet Iustinus (ap. I 33) ab angelo Mariae tributum, conferamus cum verbis quae de hac re faciunt Lucas et Matthaeus:

I. ap. I 33_5	λ 1_{30} sqq.	*M* 1_{20} sq.
καὶ ὁ ἀποσταλεὶς δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν παρθένον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος θεοῦ [6]εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών·	*καὶ εἶπεν* [*εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών:* ar; item sed *καὶ εἶπεν:* *Λ* 229. 262[1]. 565. be f[2] l] *ὁ ἄγγελος αὐτῇ· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ [31]καὶ*	*ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου,*
[7]ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ	*ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ*	*τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν*
ἐκ πνεύματος ἁγίου		*ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐστιν.*
καὶ τέξῃ υἱόν,	*καὶ τέξῃ υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. [32]οὗτος ἔσται μέγας*	*[21]τέξεται δὲ υἱόν,*
καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται,	*καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται.*	
καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν [8]αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.		*καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.*

Propinquitas codicum Latinorum cum evangelio Iustini ex verbis *εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπὼν* probatur, atque plane e tabula elucet, quam accurate compositor ille harmoniam comparaverit.[1]) At dixerit quispiam, cum haec omnia angelus Mariae vaticinatus sit, quid restat Iosepho? An haec verba gemina in harmonia fuerunt? Minime! Et — bona fortuna! — locum affert Iustinus (di. 78_7) atque restat Iosepho, quantum

[1]) Fortasse ex hoc fonte hausit auctor protevangelii Iacobi (11_2), quo in evangelio similiter atque apud Iustinum Matthaeus et Lucas coniuncti apparent.

eum scire necesse est. Sunt autem verba haec: *καὶ Ἰωσὴφ δέ, ὁ τὴν Μαρίαν μεμνηστευμένος, βουληθεὶς πρότερον ἐκβαλεῖν* 8 *τὴν μνηστὴν αὐτῷ Μαριάμ, νομίζων ἐγκυμονεῖν αὐτὴν ἀπὸ συνουσίας ἀνδρός, τουτέστιν ἀπὸ πορνείας, δι' ὁράματος κεκέλευστο μὴ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φανέντος ἀγγέλου, ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου, ὃ ἔχει κατὰ γαστρός ἐστι.* 9 *φοβηθεὶς οὖν οὐκ ἐκβέβληκεν αὐτήν.* *M* 1_{21} (vid. supra) igitur hoc loco omittitur neque desideratur. Atque cogita et Tatianum hunc versum praeterisse (sec. Zahn FGK 116 sq.), et quod gravissimum est, Syrum Curetonianum et versionem Syriacam, quae vocatur Peschita, et evangelium Hierosolymitanum (cod. A.) *M* 1_{25} lectionem praebere: „ea (scil. Maria) nominavit“ [וקרית שמה ישוע]. Non videtur explicari posse, unde hanc lectionem sumpserint solum secuti Matthaeum nostrum auctorem, quippe qui paullo ante Iosepho, ut Iesu nomen daret, imperasse angelum narravisset. Sequuntur autem illam harmoniam, quae hoc mandatum soli Mariae datum esse tradidit atque versum *M* 1_{21} non suo loco sed inter verba angeli ad Mariam facta attulit.

Proximis in versibus harmonia Lucam videlicet sequitur, cum apud Matthaeum similia non inveniantur. Quamquam verba (di. 100_{18}) magis ex memoria quam priora afferuntur, tamen satis plane Lucae locus agnoscitur.

I. di. 100_{18}	λ $1_{35.\ 38}$
πίστιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ παρθένος, εὐαγγελιζομένου αὐτῇ Γαβριὴλ ἀγγέλου	*καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ·*
19 *ὅτι πνεῦμα κυρίου ἐπ' αὐτὴν ἐπελεύσεται*	*πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται* | *ἐπὶ σέ* (s[sch] om),
καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει αὐτήν,	*καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι,*
διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς	*διὸ καὶ τὸ γεννώμενον* [+ *ἐκ σοῦ:* C* 1. 22. 33. 124. al[20] acem[bis]r vg s[sch] Tert. Iren. Hil. Ambr.]
ἅγιόν ἐστιν υἱὸς θεοῦ,	*ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ*
	. . . .
ἀπεκρίνατο·	38 *εἶπεν δὲ Μαριάμ·* *ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου,*
γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.	*γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.*

Ut Iustinus etiam Tatianus (Moesinger p. 255 sq.) illud *ἐκ σοῦ* habuit atque Tatianus Arabicus (ed. Ciasca p. 2 $^{\text{lat.}}$) praebet: „quod nascetur ex te, erit sanctum et vocabitur filius Dei.“ (De discrepantia verborum *ἐστὶν*: *κληθήσεται* conferas varias lectiones in 1. *ι* 3_1, quo loco illud *καὶ ἐσμὲν* a lectoribus additum est, et varias lectiones in *ι* 1_{12}, cuius loci genuinam lectionem *τέκνα θεοῦ καλεῖσθαι* Tertullianus et Nonnus nobis servaverunt.) Iustinum et Tatianum cum codicibus Syro-Latinis consentire iam cognoveris.

Cum narratione de somnio Iosephi et consilio Mariae dimittendae historia itineris Bethlehemici coniuncta Justinus pergit: (di. 78_{10}) *ἀλλὰ ἀπογραφῆς οὔσης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τότε πρώτης ἐπὶ Κυρηνίου, ἀνεληλύθει* (scil. *Ἰωσὴφ*) *ἀπὸ Ναζαρέτ, ἔνθα ᾤκει, εἰς Βηθλεέμ, ὅθεν ἦν, ἀπογράψασθαι. ἀπὸ γὰρ τῆς κατοικούσης τὴν γῆν ἐκείνην φυλῆς Ἰούδα τὸ γένος ἦν.* De industria igitur, ut ita dicam, Justinus Iosephum filium Davidis fuisse celat, sed in universum e tribu Iudae originem trahere dicit. Qua de causa autem celat? Nimirum quod nesciebat? Iustinum stemmata Lucae vel Matthaei neglexisse iam supra (p. 12) dixi et nunc dico. Iam vero conferamus, quae codices hoc loco nobis tradiderint verba.[1]) Pro *εἰς τὴν Ἰουδαίαν* habent De *εἰς γῆν Ἰούδα* (a r: in terram Iudeam) ut, si *ΓΗΝ* pro *ΤΗΝ* a librario quodam per errorem scriptum dicas, hoc erratum iam antiquissimis temporibus factum esse statuere debeas. Atque illud *γῆν* cum Iustini verbis non nihil congruit. Deinde D s[1] clausulam, quae est *διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ* ad finem versus quinti exhibent, praeterea e s[1] habent: *διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς* (*ἀμφοτέρους*: s[1]) *ἐξ οἴκου* [— *καὶ πατριᾶς*: s[1]] *Δαυίδ*, quod etiam Tatianus agnoscebat (Moesinger p. 16: „utrumque Iosephum et Mariam esse ex domo

[1]) *λ* 2_1: *ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθεν δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.* [2] *αὕτη ἀπογραφὴ ἐγένετο πρώτη ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.* [3] *καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν.* [4] *ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰς πόλιν Δαυὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ,* [[*διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ*]] [5] *ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ* [*ἐμνηστευμένῃ*] *γυναικὶ αὐτοῦ, οὔσῃ ἐγκύῳ.*

David"; hom. Aphr. p. 472: יוסף ומרים מכירתה. תריהון מן ביתה דדויד, ad litteram fere sicut s[1]), codex vero 225 clausulam omittit. Sic statuendum videtur: Deerant cum in evangelii Lucae exemplis antiquissimis tum in harmonia verba: *διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ.* Qua enim de causa Iosephus Bethlehemam profectus esset, satis illo *εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν* expressum erat. Ita accidit, ut Iustinus originem Iosephi Davidicam ignoraret. A lectore autem Lucae quodam, sicut homines solent, a quibus nihil satis plane dici potest, additum est in margine: *διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐξ οἴκου Δ.* Quae verba certe pendent a $\lambda\ 1_{27}$: . . . *πρὸς παρθένον ἐμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαυίδ,* quo loco verba *ἐξ οἴκου Δ.* et ad Mariam et ad Josephum et ad utrumque spectare possunt, prout lectori placuit. Atque Chrysostomus (VII 25 B, 26 A (ter)) ibidem verba legit: *ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ.* Discrepant igitur lectiones $\lambda\ 1_{27}$ eodem modo quo $\lambda\ 2_{4.5}$, cum apud alteros testes altero loco verba *καὶ πατριᾶς* omittantur. Perantiquam correcturam habemus atque $\lambda\ 2_{4.5}$ ex $\lambda\ 1_{27}$, non $\lambda\ 1_{27}$ ex $\lambda\ 2_{4.5}$ pendere secundum regulas artis criticae ex eo apparet, quod illa clausula $\lambda\ 2_{4.5}$ certe additamentum est, ut collocatio fluctuans demonstrat. A margine enim additamentum verba ipsa invasit, sed, ut accidit, ab aliis alio loco insertum est. Tatianus clausulam recepit, unde s[1] formam eius sumpsit. Denique clausula in codices iam ingessa a viro docto, quippe qui Iosephum quidem originem a Davide trahere sciret, Mariae autem originem ignoraret, emendata est, ut fieret: *διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ,* quam clausulae formam plerique nobis codices tradiderunt. At unus 225, codex sane optimus, lectionem genuinam praebet.

Nonnulla hoc loco de stemmatibus, qualia in codicibus Syro-Latinis traduntur, sunt addenda. Codicem D apud Lucam stemma Matthaei praebere nemo ignorat, sed non puto id quod et olim Bengelius ille vir clarissimus et nunc vir doctus Graefe [St Kr 1898 p. 116 sq.] voluerunt, Lucae genuinum stemma fuisse stemma Mariae. Sic potius res se habere videtur: Librarius seu vir doctus, qui lectiones harmoniae cum evangeliis conferebat, frustra in harmonia stemma quoddam cum quaesivisset et Matthaei Lucaeque stemmata inter se pugnare vidisset,

Matthaei quidem verbis in universum receptis — neque enim Graefio concedo differre verba D^{luc} a verbis D^{mat} — Lucam ac Matthaeum contaminare ausus est. Sed noli credere hoc librarium codicis D novissimum fecisse. Is enim, qui illam contaminationem confecit, Lucae evangelii exemplo usus est, in quo nomen illius alterius Cainam deerat. Deest hoc nomen etiam Gen. 11_{12} in verbis quidem Hebraicis, additur a LXX interpretibus. Nostri igitur codices, qui omnes praeter unum illud nomen λ 3_{36} habent, secundum LXX iam corrupti sunt, archetypus unius D lectionem genuinam praebebat. Atque alios codices, Latinos nempe g^1 et Sangallensem 49 vulgatae versionis haec lectio invasit, non apud Lucam, sed apud Matthaeum. Antepositus est enim in his codicibus evangelio Matthaei catalogus nominum ab Adamo incipiens usque ad Abraham, quo in catalogo a duobus illis codicibus item ille Cainam omittitur, ut idem stemma praebeant quod D in λ. Sed haec nomina eorum codicum non ex ipso Cantabrigiensi hausta esse ex eo apparet, quod complura nomina in hisce codicibus cum scriptura nominum codicis D non ad litteram congruunt. Genuinam igitur lectionem et perantiquam contaminationem stemmatum habemus, quae optime nostra propositione harmoniae cuiusdam explicatur. In harmonia quidem ipsa stemmata Iesu erant omissa. Sed non puto compositorem omnia, quae ad originem Iesu Davidicam pertinerent, recidere voluisse, quam Tatiano causam, cur illa omitteret, fuisse veteres affirmant. Difficilius compositori videbatur stemmata Matthaei et Lucae tantopere inter se discrepantia contaminare, quod librarius demum ille, utique vir fortis atque doctus confecit.

Sed iam ad Iustinum redeamus. Pergit ille (di. 78_{11}): *γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, [12]ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ που καταλῦσαι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε. καὶ τότε, αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ, ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει.* Lucas noster (2_7)[1]) pro verbo *ἐτεθείκει* habet *ἀνέκ-*

[1]) λ 2_6: *ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, [7]καὶ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον καὶ ἐσπαργάνωσεν* [e: *ἐσπαργάνωσαν*] *αὐτὸν καὶ ἀνέκλινεν* [e: *ἀνέκλιναν*] *αὐτὸν ἐν φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.*

λινεν. Latini vero codices: beff^{2}g^{1}lqr aur. gig., patrum Ambrosius Vigilius Thapsensis reddunt hanc vocem Latino „posuit“, ceteri Latini verbo „reclinavit“. Omnibus autem locis versiones, quae sunt Itala et vulgata, verbum *κλίνειν* et composita (verbo *ἀνακλίνεσθαι* = accumbere excepto) vocabulo Latino „re-(de-)clinare“ usi transtulerunt, sic λ $9_{12.58}$ $24_{5.29}$ *M* 8_{20} ι 19_{30}. Vocem vero *τιθέναι* semper usi verbo „ponere“ verterunt, sic: *M* 5_{15} 12_{18} 14_3 22_{44} λ 1_{66} 5_{18} 6_{48} 8_{16} 9_{44} 11_{33} 12_{46} 14_{29} 19_{21} sq. 20_{43} 21_{14} 22_{41} $23_{53.55}$ saepius. Quae cum ita sint, illos Latinos in archetypo Graeco *ἔθηκεν* invenisse statuamus necesse est. De coniunctione *ἐν φάτνῃ καὶ σπηλαίῳ* conf. Blass, Euang. sec. Lucam 1897, add. et corr. p. 120, ubi hanc lectionem formae β fuisse opinatur, quod optime cum nostra propositione convenit.

In narratione magorum apud Justinum duo praecipue mira elucent, primum, quod initii verba quae sunt *ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν* saepissime iterantur (di. 77. 88. 102. 106), deinde, quod magi noviens *μάγοι ἀπὸ Ἀρραβίας* (sic!)[1]) nominantur: di. 77. 78. 88. 102. 103. 106., quas duas proprietates iam in harmonia exstitisse manifestum est (conf. infra p. 89 sq.). Quod si in caede Bethlehemica secundum Iustinum *ἁπλῶς πάντες παῖδες* necati sunt, nullius momenti ad rem criticam videtur esse.[2]) In verbo Ieremiae (31_{15}) laudando Iustinus (di. 78_{19}) cum *M* 2_{18} [3]) contra LXX voce *θρῆνος* omissa (c. ℵBZ it vg s^{sch}) consentit.

---

[1]) Codices Iustini omnibus locis habent formam geminato ῥ, atque etiam adiectivum ap. I 62_8 geminato ῥ scriptum exstat. Non igitur librariis, sed Iustino, immo vero harmoniae haec forma attribuenda videtur esse.

[2]) *M* 2_{16}: *τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλεν πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσιν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσεν παρὰ τῶν μάγων.*

[3]) I. di. 78_{19} = *M* 2_{18}: *φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη,* [— *θρῆνος καὶ*: ℵBZ it vg s^{sch}] *κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε[ν] παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί[ν].*

Ad finem iam commentationis venimus. Reliquum est, ut nominatim singula verba iam supra passim tractata conferamus, quibus Iustinus ceteroqui illis locis accurate redditis a lectione evangeliorum recedit. Conspectum discrepantiarum hac tabula iam daturus sum:

	Locus Iustini	Locus Matthaei		Locus Lucae	
1	οὐ τὸ πτύον αὐτοῦ	3_{12}	οὗ τὸ πτύον	3_{17}	οὗ τὸ πτύον
2	ἐπιπτῆναι	3_{16}	καταβαῖν[ον]	3_{22}	καταβῆναι
3	ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ	5_{22}	πᾶς ὁ ὀργιζόμενος		—
4	ὃς ἂν ἐμβλέψῃ	5_{28}	πᾶς ὁ βλέπων		—
5	μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι	18_{9}	δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι		—
6	παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε	5_{41}	καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει		—
7	ἀκολούθησον	5_{41}	ὕπαγε μετ' αὐτοῦ		—
8	τί καινὸν ποιεῖτε;	$5_{46.47}$	τίνα μισθὸν ἔχετε; τί περισσὸν ποιεῖτε;	6_{32} sq.	ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν;
9 a	πόρνοι	5_{46}	τελῶναι	6_{32}	ἁμαρτωλοί
9 b	τελῶναι	5_{47}	ἐθνικοὶ [τελῶναι]		
10	ὅσιος	5_{45}	ἀγαθὸς		—
11	τὴν ψυχὴν αὐτοῦ	16_{26}	τὴν ψυχὴν αὐτοῦ	9_{25}	ἑαυτὸν
12	οὐ κατανοεῖτε	23_{23}	ἀφήκατε	11_{42}	παρέρχεσθε
13	τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς	10_{28}	ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα	12_{4}	ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα

	Locus Iustini	Locus Matthaei		Locus Lucae	
14	*νοῦς*	6_{21}	*καρδία*	12_{34}	*καρδία*
15	*ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων*	7_{15}	*ἐν ἐνδύμασιν προβάτων*		—
16	*ἔργα*	7_{16}	*καρποὶ*		—
17	*γενεσίων ἡμέρας τελουμένης*	14_{6}	*γενεσίων δὲ γενομένων γενεσίων δὲ ἀγομένων*		—
18	*φόρους τελεῖν*	22_{17}	*δοῦναι κῆνσον*	20_{22}	*φόρον διδόναι*
19	*μάγοι ἀπὸ Ἀρραβίας*	2_{1}	*μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν*		—
20	*ἥξει* *ἥξουσιν* *ὑπάγετε*	3_{11} 7_{15} 25_{41}	— *ἔρχονται* *πορεύεσθε* [א: *ὑπάγετε*]	3_{16}	*ἔρχεται* — —

Quae de locis ita collatis dicenda videntur esse, iam proferemus. Facile quis has discrepantias ad complures versiones unius evangelii Aramaici reducendas esse censeat, neque repugnare volo, quamquam nil certi dicere audeo. Singulos locos pertracto:

1. [conf. p. 7] I.: *οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ* > *M* = *λ*: *οὗ τὸ πτύον.* Ratio dicendi Hebraica hoc loco certe apparet. Ex forma quadam Aramaica דִּי רַפְשָׁה בִּידֵהּ (Ies. 30_{24}) lectio Iustini satis explicatur.

2. [conf. p. 8] I.: *ἐπιπτῆναι* [*ἐπέπτη*] > *M* = *λ*: *καταβῆναι.* Vox *ἐπιπτῆναι* invenitur etiam apud Orig. c. Cels. I 40. 41, Tert. adv. Valent. 27, Orig. in Ioan. II 6, Hilarium in *ψ* 54_{7}. Discrepantias Reschius ad vocem יְרַד revocat (TU X 3. 20).

3. [p. 21] I.: *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ* > *M*: *πᾶς ὁ ὀργιζόμενος.* Utrum haec discrepantia Aramaicum sermonem resi-

piat, quod Reschius (TU X 2. 85) vult, an lapsus calami vel memoriae sit, minime pro certo dici potest. Hoc loco ad pag. 21 addo ne id quidem constare, utrum vocem *εἰκῇ* Iustinus legerit necne. Locus enim e memoria exhibetur, ut ego quidem non cum Reschio (l. c.) concludam in Iustini evangelio illud *εἰκῇ* omissum fuisse. Tatianus et forma Syro-Latina praebent *εἰκῇ*.

4. [p. 21] Quae de illo *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ* dicta sunt, etiam ad discrepantiam I.: *ὃς δ' ἂν ἐμβλέψῃ* > M: *πᾶς ὁ βλέπων* pertinent. Neque enim recte Reschius (TU X 2. 90) ex multis discrepantiis, quae inter singulos testes, et patres et codices hic et aliis locis intercedant, unum illud evangelium praecanonicum restituere conatur. Quot versiones illius evangelii exstiterunt? Secundum locum hic tractatum septem sunt, aliis locis ampliores accedunt. Nemo tot versiones illius evangelii in nostris evangeliis — his enim patres fere omnes usi sunt — nobis traditas esse credet. Tales multifariae discrepantiae ad memoriam deficientem patrum revocandae sunt. Aliter res se habet, si duae lectiones, quarum utraque a patribus satis bene tradita apparet, inter se differunt. Ac ne omnes patres quidem rei usui sunt; patres enim posteriores, qui solum nostra evangelia in manibus habebant, discrepantias praebere non possunt, quae ex Matthaeo Aramaico originem ducere videntur. Patres secundi tantum saeculi, quorum de evangelii exemplis nihil certi dicere possumus, ad Matthaeum vel Marcum Aramaicum, si modo exstiterunt, cum aliquam nobis a vulgata discrepantem lectionem tradiderint, respicere possunt.

5. [p. 22] I.: *μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι: M: δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι.* Ne hac quidem in re aliquid affirmare volo. Illud *μετὰ τῶν δύο* etiam Origines testatur, atque Syrus Lewisianus *ὀφθαλμοὺς* omittit, ut is ab evangelio Iustini pendere videatur. Utraque autem lectio, et *μετὰ τῶν δύο* et *δύο* [[*ὀφθαλμοὺς*]] *ἔχοντα* optime verba Aramaica reddere videtur posse, quae sunt: בְּדִי אִתַּי תַּרְתֵּין [עַיְנִין].

6. [p. 24] De discrepantia, quae est *παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε: καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει,* nil aliud dicendum videtur atque iam supra dictum de discrepantiis *M* $5_{22.\,28}$ (cf. ad 3. 4). Si quis originem Aramaicam quaerat, fortasse [[כֹּל]] מַן־דִּי מְשַׁחַר לָךְ proponam.

7. [p. 24] Eiusdem loci discrepantia *ἀκολούθησον: ὕπαγε μετ' αὐτοῦ* vocibus Aramaicis אֱזַל עִמֵּה non male, si quis velit, solvitur.

8. [p. 26 sq.] De verbo Iustini *τί καινὸν ποιεῖτε* iam supra nonnulla diximus atque Credner (I, 223 sq.) non male coniecit ad lapsum calami cuiusdam librarii vel interpretis discrepantiam reducendam esse, qui in archetypo Aramaico pro vocibus מַה חִסְדָא לְכוֹן [i. e.: *ποία χάρις ὑμῖν*] legit per errorem מַה חַדְתָא לְכוֹן.

9. [p. 28] De vocibus *πόρνοι: τελῶναι: ἐθνικοὶ* non habeo, quid pro certo affirmem (cf. Nestle, phil. sacr. p. 31 sq.).

10. [p. 30] *ὅσιος* et *ἀγαθὸς* ad Aramaicum טָב respiciunt.

11. [p. 31] *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ: ἑαυτὸν* ad idem נַפְשֵׁהּ spectant.

12. [p. 48 sq.] *οὐ κατανοεῖτε: (M) ἀφήκατε: (λ) παρέρχεσθε.* Verbum עֲבַר bene vertitur in illa verba Graeca.

13. [p. 50] *τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς: ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα.* Et verba Iustini et verba evangelistarum ad Aramaicum בְּקָטְלִין פַּגְרְכוֹן redire possunt.

14. [p. 54] *νοῦς: καρδία.* Vocabulum *νοῦς* in evangeliis semel apud *λ* exstat (24_{45}), quo loco s[h] habet לֵב, ut cum *καρδία* tum *νοῦς* loco hic pertractato ex voce לֵב originem trahere possint.

15. [p. 55] Discrepantias huius loci Resch [TU X 2. 112] ad verba כִּי רַבִּים יָבֹאוּ מִחוּץ לְבוּשֵׁי אַדֶּרֶת כְּבָשִׂים revocat.

16. [p. 55] Atque voces *ἔργα* et *καρποὶ* ad eandem vocem מַעֲשֶׂה reducit (TU X 2. 114). Num has discrepantias (15. 16) recte resolverit, difficile est iudicatu.

17. [p. 65] Num etiam haec discrepantia huc pertineat, quaeri potest; adhuc nil pro certo affirmare audeo.

18. [p. 72] De vocabulis *φόρος* [*ἐπικεφάλαιον*] et *κῆνσος* [= כְּסַף רֵאשָׁא] conf. Resch TU X 3. 550.

19. [p. 87] Voces *Ἀραβία* et *ἀνατολαὶ* fortasse ad nomen עֲרָבָה redeunt. יָם הָעֲרָבָה (Dt 2_8) est enim mare mortuum, quod in oriente Palaestinae situm est, ut ערבה pro *ἀνατολαὶ* usurpatum esse putem; confer praecipue ad hanc rem locos Dt 4_{49} et Ios 12_3: *ἕως τῆς θαλάσσης Ἄραβα, θάλασσαν τῶν ἁλῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ὁδόν.*

20. [pp. 7. 55. 75] Vocabula notionis proficiscendi ἔρχομαι, ἥκω, ὑπάγω facillime ad voces אֲתָא vel אֲזַל revocantur.

Quid hac de re iudicandum videtur? Certe nonnullae harum lectionum discrepantiarum ad memoriam deficientem reduci possunt. Tamen noli neglegere, imprimis Matthaei verba a verbis Iustini recedere. Quamquam nihil pro certo asseverare volo, tamen cum Matthaei tum Iustini verba ad unum archetypum Aramaicum, siquidem exstitit, pertinere videntur, cuius verba diversa uterque ratione in linguam Graecam transtulerit. Quae si ita sunt, compositor harmoniae perantiquum Matthaei exemplum usurpavit, in quo multae ex illo Matthaeo Aramaico ortae variae lectiones restabant. Proinde illas Iustini discrepantias optimas ducas necesse est, quod hoc loco amplius probare non possum; noli autem putare mihi aliquid cum Reschio esse. Sed unum quidem praeterire nolo. Nam cum codices Syro-Latinos ex harmonia illa pendere demonstraverimus, certe fieri potest, ut in hisce codicibus nonnullas tales discrepantias inveniamus, quae ad Matthaeum Aramaicum spectare possint (conf. ad hanc rem Nestle, phil. sacr.).

Aliam rem si non praeterire, tamen commemorare tantum volo, quas sententias locos dicta, quorum nostris in evangeliis similia non inveniantur, Iustinus attulerit. Reschius (TU V 4. 1889) et Zahnius (GK 1889 I 2. 538 sqq.) apocrypha vel agrapha Iustini, ille una cum apocryphis, quae exstant apud alios patres, hic Iustinum separatim exhibens tractaverunt atque omnes locos tam diligenter collegerunt, ut nos idem officium subire non necesse sit. Ad rem criticam loci nil fere pertinent, atque de re ipsa, quomodo scilicet apocrypha cum harmonia cohaereant, aliquid dicere ultra modum difficile non est. Secundo enim saeculo multa et dicta et facta domini nostri vivo sermone hominum posterorum memoriae tradi solita esse nemo negabit; inde multa talia in evangelia nonnulla penetrasse mirum non videtur. Sed ne illud quidem affirmari potest, Iustinum illa agrapha necessario ex evangelio suo hausisse, cum etiam audiendo ea excepisse possit. Papias quidem Iustini fere aequalis vivam vocem litteris anteposuit.

Initio disputationis Iustinum non evangelio canone exempto, sed harmonia quadam evangeliorum usum esse censuimus atque disputatione ipsa, ut opinamur, demonstravimus. Inveniebamus enim verba Matthaei Marci, Lucae Iohannis[1]) inter se commixta et coartata. Sed non casu neque paucis locis sed semper atque de industria conglutinata apparuerunt, ut ne verbum quidem de hac re amplius me dicere oporteat. Nunc ad ea, a quibus profecta est commentatio, gradum revolvimus quaerentes, num loci, quibus Iustinus illa *ἀπομνημονεύματα* commemoret, nostram propositionem probent. Qui memorabilia illa defendunt nostra quattuor evangelia fuisse, loco di. 103_{22} plerumque utuntur, qui hic est: *ἐν γὰρ τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ἅ φημι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι,* [23]*γέγραπται, ὅτι ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι κατεχεῖτο, αὐτοῦ εὐχομένου καὶ λέγοντος·* [24]*παρελθέτω, εἰ δυνατόν, τὸ ποτήριον τοῦτο,* quae verba Matthaeum Iohannem, Lucam Marcum appellatione quadam significare videantur (conf. Tert. adv. Marc. 4_2). Illis haec respondenda sunt: Loco commemorato atque toto dialogo et tota apologia Iustini maxime interest, omnia, quae de Iesu profert, auctoritate apostolorum fulcire. Quomodo hoc facere potuit? Optime fecisset, si nominatim auctores illos, imprimis Matthaeum et Iohannem attulisset. Quae enim Matthaeus aut Iohannes scripsissent, omnibus certe vel dicta vel facta Iesu optime tradere videbantur. Atque Lucas medicus ille non parvi ingenii et socius Pauli certe ab omnibus auctor gravissimus rerum Christianarum ducebatur. Nostra autem evangelia Matthaei et Lucae omnibus temporibus haec nomina tulisse inter omnes constat. Itaque Iustinus, cum verba Iesu ad apostolos revocare vellet, certe nomina illorum evangelistarum adhibuisset, si scripta eorum in manibus habuisset. In auctoribus Veteris Testamenti laudatis centies nonagies septies nomen scriptoris affertur, centies decies septies omittitur (sec. Semisch). In Iohannis apocalypsi semel laudata (di. 81_{14}: *καὶ ἔπειτα*

---

[1]) Iohannis evangelium uno loco dilucide agnoscitur (di. 88_{15}, cf. pag. 17). Iustinum vero etiam alia verba huius evangelii adhibuisse demonstravit Zahnius (GK I 533); sed ad rem criticam nil pertinent.

καὶ παρ' ἡμῖν ἀνήρ τις, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, [15]*εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἀποκαλύψει γενομένῃ αὐτῷ ....* [16]*προεφήτευσε*) nomen affertur, in verbis evangeliorum exhibendis nunquam quicquam de auctorum nominibus commemoratur, ut Iustini evangelium nomen auctoris non tulisse non falso concludamus. Certe quidem Iustinus scivit Matthaeum Marcum, Lucam Iohannem, fortasse etiam alios evangelia scripsisse, ex quibus harmonia erat composita. Sed ipse his evangeliis seiunctis non usus est neque exemplaria eorum possidebat. Verba igitur evangeliorum cum perhiberet, non uni evangelistae attribuere potuit, sed ad apostolos quosdam vel discipulos eorum revocat. Optime igitur consentit ille locus dialogi cum nostra propositione; male vero consentiunt res ipsae cum opinione illorum, qui Iustinum evangelia seiuncta adhibuisse affirmant.

Zahnius (GK 1889 I 2. 478) *ἀπομνημονεύματα* illa Iustini complures libros fuisse constare dicit; nomen enim illorum secundum Iustinum apud Christianos usitatum fuisse „*εὐαγγέλια*". Utitur loco apologiae I 66_4: *οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν,* [5]*ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς,* quocum conferens locos di. 10_3: *ὑμῶν δὲ* [4]*καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυμαστὰ οὕτως καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι* (inquit scil. Tryphon) et di. 100_4: *καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ γέγραπται εἰπών* (scil. *ὁ Χριστός*)· [5]*πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τοῦ πατρὸς κτλ.* (cf. p. 40) concludit nomen singulare in ecclesia usitatissimum fuisse. Puto equidem non modo usitatissimum, sed solum adhibitum. Certe enim antiquissimum nomen universae doctrinae Christianae etiam scriptae fuit *εὐαγγέλιον* (conf. commentationes Zahnii ipsius GK I 1. 162. 164 sqq.), unde illud *εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον* etc. exstitit. Neque ante Irenaeum, quod scio, significatio pluralis exstat, sed secundo saeculo omnes semper notione illa genuina vocis evangelii usos esse constare videtur. Tryphon apud Iustinum notionem pluralem non novit, sed „*ἐν τῷ λεγομένῳ,* inquit, *εὐαγγελίῳ*". Itaque puto locum apologiae allatum emendandum esse in: *ἃ καλεῖται εὐαγγέλιον.* Facillime ex antecedentibus pluralibus exsistere

potuit *εὐαγγέλια*, ut exstitit apud Irenaeum III 15. 1 (plurima evangelia [pro: evangelii] ostendi per Lucam), quo loco denique Massuet et Stieren secundum codices Clarom. et Voss. lectionem restituerunt „evangelii“ (cf. Zahn GK I 2. 478 adn.). Cum autem temporibus Iustini nomen doctrinae Christianae scriptae in ecclesia nondum *εὐαγγέλια*, sed *εὐαγγέλιον* fuisse constet, et locus apologiae I 66 corruptus esse videatur, non iam ad ullam argumentationem locus adhibendus est. Quae si ita sunt, non colligendum videtur esse, *ἀπομνημονεύματα* illa Iustini complures libros fuisse, sed cum omnibus locis, quibus ea nominet, „*ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων* [*αὐτοῦ*]“ appellet, eum semper unum et eundem librum spectare non falso tibi fingas. Nostra autem quattuor evangelia iam anno 150 uno libro tam arte constricta fuisse, ut ea quis semper uno nomine „*ἀπομνημονεύματα*“ appellare posset, nemini adhuc contigit ut demonstraret. Non recte igitur Zahnius *ἀπομνημονεύματα* Iustini complures libros esse dixit, immo vero, si ex rebus ipsis atque verbis Iustini colligere licet, u n u m librum eum usurpasse nos quidem affirmamus. Cum autem omnibus fere locis, ut in disputatione vidimus, offerat dicta et facta evangelii secundum verba nostrorum evangeliorum, sed inter se commixta et conglutinata, ex eodem autem semper libro, ex illis nempe memorabilibus offerat, colligo hunc librum harmoniam quattuor evangeliorum fuisse, cui Iustinus nomen *ἀπομνημονευμάτων* dedisset. Neque illud nostram propositionem refutat, quod illi commentarii in sollemnibus religionis recitari solebant (ap. I 67),[1]) immo vero huic rei optime idonei erant. Certe quidem harmonia non omnibus in ecclesiis, sed solum in nonnullis, fortasse Romanis, legebatur, aliis locis Christiani evangeliis seiunctis utebantur. Tamen Iustinus, cum semper evangelia nomine *ἀπομνημονευμάτων* appellaret simulque harmoniam ex his evangeliis compositam esse sciret, illos libros sollemnes *ἀπομνημονεύματα* optimo iure nominare potuit. Restat quidem locus, qui Crednerum a vero abduxit, di. 106_8: *καὶ τὸ εἰπεῖν μετωνομακέναι αὐτὸν*

[1]) I. ap. I 67_3: *καὶ τῇ τοῦ Ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ· συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀ π ο μ ν η μ ο ν ε ύ μ α τ α τ ῶ ν ἀ π ο σ τ ό λ ω ν ἢ τ ὰ σ υ γ γ ρ ά μ μ α τ α τ ῶ ν π ρ ο φ η τ ῶ ν ἀ ν α γ ι ν ώ σ κ ε τ α ι,*[5] *μέχρις ἐγχωρεῖ.*

Πέτρον, ἕνα τῶν ἀποστόλων καὶ γεγράφθαι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφούς, υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας, μετωνομακέναι ὀνόματι τοῦ Βοανεργές [vel *Βανηρεγές*], *ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Crednerus cum aliis ex hoc loco Iustinum Petri evangelium afferre conicit. Sed nusquam singularis commentariorum auctor a Iustino nominatur, neque re ipsa haec Credneri opinio fulcitur. Fortasse hoc loco Iustinus, cum apostoli paullo ante nominarentur, significatione „*ἀπομνημονεύματα Χριστοῦ*" (cf. *ἀπομν. Σωκράτους*) usus est, fortasse autem etiam hic locus emendandus est in „*ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ*. Itaque, cum nostra propositio commentariorum locis omnibus optime probetur, harmoniam *ἀπομνημονεύματα* fuisse, quod iam antea diximus, nunc tenemus atque asseveramus.

Aliud quoque demonstravimus, codices nempe Syro-Latinos cum illa harmonia cohaerere, qua de re iam pauca nobis dicenda sunt. Duo lectionum genera invenimus, quae illam propinquitatem nobis indicaverunt, alterum, quod et harmoniam et codices Syro-Latinos perantiquas vel primas lectiones subinde servasse ostendit, alterum, quod illa contaminatione ipsa ortum est, quae perfecta effecit harmoniam.[1]) Utrum igitur harmonia ex illis codicibus an codices ex harmonia pendeant, quaerendum videtur et quaerentibus hoc respondemus:

Erat initio alterius saeculi et Romae et toto occidente ea evangeliorum forma recepta, quam nonnulli Romanam, nos

---

[1]) 1. Lectiones genuinae vel perantiquae et in evangelio Iustini et a forma Syro-Latina traditae: *M* 4_{17} p. 18, [*M* 5_{37} p. 23], *M* 5_{42} p. 25, *M* 14_{8} p. 64, *M* 17_{12} p. 66, [*M* 19_{12} p. 63], *M* 25_{41} p. 75; [λ $2_{4.5}$ p. 85], λ 3_{22} p. 7, λ 11_{52} p. 48, λ 16_{16} p. 36, λ 20_{36} p. 72.

2. Lectiones ex harmonia in codices Syro-Latinos ingessae: *M* 1_{25} p. 84, *M* 5_{47} p. 27, *M* 7_{22} p. 59; [λ $2_{4.5}$ p. 85], λ 3_{16}sq. p. 5, [λ 3_{23-38} p. 86], λ 3_{23} p. 15, λ 4_{5-8} p. 9, λ 6_{29} p. 23, λ 8_{5-8} p. 37, λ 11_{29-32} p. 45, λ 12_{22-31} p. 51, λ $13_{26.27}$ p. 60, λ 16_{18} p. 62, λ 18_{18} p. 67, λ 22_{42} p. 80.

Denique, ut eluceat, quid intersit inter epodorum et reliquorum solutorum canticorum formas, haec habeo quae exponam. Ambo genera responsum praebent. Videntur autem solutorum formae non tam severe, non tanta cum arte elaboratae esse quam epodorum (sed 13 et 5 bene compositae sunt). Quod etiam ea re explicari posse videtur, quia omnia Aeschyli soluta cantica (etiam 6, quod ex iambis potissimum constat) dochmios continent, qui non tam bene componi possunt vel solent. Certe epodi omnes excepta septima cum strophis coniunctae sunt (etsi non omnes arte) ita, ut stropharum pleraque membra epodis repetantur. Sed nullum est vestigium, quo appareat hanc coniunctionem magni fuisse momenti ad epodos formandas.

Caput II. Sophocles.

Transeo ad Sophoclem, cuius canticorum dactylica vel anapaestica sunt duo, iambica vel trochaica quinque, mixta sex (qua de re in summario verba faciam).

Sunt autem cantica haec:

1. El. 233—250 ep.

— — — — — — — —
— — — — — — — —
— — — — — — — —
— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡
— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡
— ◡̄ ◡̄ — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — ◡ ◡ —
— — — — — — — ◡ ◡ —
— ◡ ◡ — ◡ —
— ◡ ◡ — ◡ — — ◡ ◡ — ◡ —
— ◡ — ◡ —
— ◡ — ◡ —
— — — ◡ ◡ — ◡ —
— — ◡ — — ◡ —
— — ◡ — ◡ — — ||.

Haec epodus[1]) omnium Sophoclis optime et clarissime composita esse videtur. Distributio metrorum bene perspicitur. Chori responsum 233—235 tribus paroemiacis spondiacis continetur; Electrae autem cantus per tres tetrametros dactylicos acatalectos incipit, quorum ultimus e dactylo et tribus spondeis constat, ut quasi transitum faciat ad sequentes dimetros anapaesticos (nisi

[1]) Optimae etsi nonnullis locis correctionibus egentes Kaibelii sunt animadversiones et de hac epodo et de epodis in universum tractandis Elektra p. 106.

mavis scribere *ἐν τῳ* pro *ἐν τίνι*, ut efficiantur puri spondei et versus proxime sequentibus respondeat), quorum duo priores puri sunt, cum duo posteriores ternos contineant spondeos. Quibus se adiungunt tria membra aeolica (non dochmii cf. Gleditsch, die Cantica des Sophocles p. 46 et O. C. 1556. 1566 sqq.) et duae dipodiae trochaicae (cf. Aiac. 401 sqq. ∽ 419 sqq.); sequitur glyconeus non inexspectatus sic: [1])

— — — — — — ⏑ ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
— ⏑ — ⏑ —
— ⏑ — ⏑ —
— — — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Claudunt duo dimetri iambici, quorum priores partes pares sunt, posteriores paulum diversae. Haec epodus ideo optime et pulcherrime composita esse dicenda est, quia omnia metra quasi natura cohaerent et continuata sunt, ut in omni metro sequens lateat. Qua re Sophocles longe super Aeschylum progressus est, cuius cantica soluta, quamvis sint pulcherrima, tamen nimis rigida et dura sunt. Quamquam huius epodi forma simplicissma est:

a a a
b b $b^{(c)}$ c c $c^{(b)}$ $c^{(b)}$
d d d e e d^{e}
f f.

Cum strophis arte coniuncta est, cum omnia fere membra ex eis sumpta sint.

2 O. C. 207—253 ep.

— ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
— — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

[1]) Blass glyconeum sic tollere studuit, ut scriberet

		— ⏑ ⏑ — ⏑ —
οἵ δὲ μὴ πάλιν	h. e.	— ⏑ — ⏑ —
ἀντιφόνους δίκας		— ⏑ ⏑ — ⏑ —
δώσουσ᾽, ἔρροι τ᾽ ἂν αἰδώς		⏓ — — — ⏑ — —
ἁπάντων τ᾽ εὐσέβεια. ||		⏓ — — — ⏑ — — ||.

verbo *δώσουσ᾽* post *δίκας* transposito et verbo *θνατῶν* in fine deleto scholiastae verbis nisus: *Ἡ περὶ ἅπαντας εὐσέβεια.*

⏑⏑––⏑⏑––
⏑⏑––⏑⏑––
⏑⏑––⏑⏑– ⏑⏑––⏑⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
– – – – –⏑⏑––
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
– – – – –⏑⏑––
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑
⏑–⏑–⏑–– |
–⏑⏑– – ⏑–
– ⏑–⏑⏑–⏑⏑⏑
⏑⏑⏑–⏑⏑–– –
– ––⏑⏑–⏑ – –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– – ⏑–
–⏑⏑– – –⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
– – –⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– – ⏑–
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ –⏑⏑–⏑⏑⏑–
–⏑–⏑–– ||

208 *ἀπόπολις* scripsi cf. Aesch. Agam. 1364 e Seidleri certissima correctione, quamquam Sophocles solam formam *ἀπόπτολις* praebet (Tr. 647 et OT. 1000). *ἀπόπτολις* codd. 209 *γέρον, μοι* Blass. *γέρον* codd. 210 tertium *μή* delevit Hartung. 220 corr. Reisig Dind. 238 *τὸν ἐμὸν* Bergk. *τὸν δ' ἐμὸν* codd. 247 corr. Bergk. 252 *βροτὸν* Triclinius. *βροτῶν* L.

Responsus huius perlongi amoebaei satis accuratus est. Incipit a quattuor versibus inter se miro quodam modo respondentibus, cum sint duo priores iambici duo posteriores aeolici sic, ut primus tertio secundus quarto similis sit (Responsus etiam accuratior fiet, si scribas *ξεῖνοι* pro *ξένοι*, ut sint versus primus et tertius eidem, secundus et quartus similes).

Sequuntur 4 dimetri ionici, quorum duo catalectici duo acatalecti sunt; deinde vv. 216—223 inter se respondent ita, ut alterni positi sint trimetri dactylici catalectici cum singulis paeonibus quartis coniuncti („versus calabrii“ [= *κολοβοί* (?)] cf. Victorin. III, 14) et puri paroemiaci. Retinentur paroemiaci 225—228, cum in dactylorum cum paeonibus coniunctorum locum substituantur tetrametri dactylici e ternis spondeis et singulis dactylis constantes, ut transitum faciant ad sequentes tetrametros dactylicos [1]) 229—234, qui clauduntur dimetro dactylico et dimetro iambico. (De iambis dactylos claudentibus vide ad Aeschyl. 2 et Christ, Die rhythm. Continuität der griech. Chorgesänge, Abh. d. bayr. Akad. d. Wiss., I. Cl., XIV Abt. 3.)

Antigonae monodia [2]) 237—255 ex eisdem fere metris composita est quibus antecedens pars cantici. Redeunt enim glyconei 238—240 ipsi quoque formis non eisdem. Sequuntur tetrametri dactylici, quorum duo excrementum praebent – ⏑ ⏑ – – ⏑ –, quod idem initium monodiae facit et v. 252 cum tripodia dactylica compositum est. [3]) Claudit dimeter trochaicus, ut supra clauserat dimeter iambicus. Cum strophis autem epodus ita est coniuncta,

---

[1]) Alii (e. g. Gleditsch l. c. p. 197) versus 228—235 e dactylis et anapaestis compositos esse volunt. Quod unice verum esse demonstrare studuit Christ, Die Grundfragen (der mel. Metrik d. Griechen) p. 317 sqq. Non nego non optime in dactylos dividi versus; tamen Christii divisio mihi valde displicet.

[2]) Gleditsch l. c. 197 monodiam a reliqua amoebaei parte discindi vult, iniuste tamen, quod e sensu et e metris apparet.

[3]) Dindorf, Hermanno praeeunte dactylum excidisse putavit et pro *ἐκφυγεῖν* scripsit *φυγεῖν*, ut efficiantur versus:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ (– ⏑ ⏑)
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓

ut antea 233 sqq.

ut glyconei et anapaesti (etsi non paroemiacorum formam prae se ferentes) in strophis inveniantur, non inveniantur dactyli et ionici.

3. Ant. 876—882 ep.

Huius epodi distributio non facilis est,[1]) cum verba non tantas mihi praebere videantur difficultates. Simplicissima distributio haec mihi esse videtur:

876. ⏑–⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–
–⏑––⏑⏑⏑––
⏑ –́ –́ ⏑ ⏒
– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏒
–⏑⏑⏑⏑⏑–⏑
880. ⏑⏑⏑ – ⏑––
–⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑
––⏑ – ⏑ – –

877 *ἀπάγομαι* scripsi cum Gleditschio *ἄγομαι* codd.

Ergo v. 876 similis versui 882, qui ideo hanc formam praebere videtur, quia in fine tales formae diliguntur; 877 ∽ 881; interpositi sunt duo dochmii utraque ultima syllaba ancipite, quod cum in dochmiis permissum sit hic etiam interpunctione excusatur, et 879 ∽ 880, qui ea de causa memorabiles sunt, quia in dactyli locum tribrachys substitutus est. Huius rei apud

---

[1]) Gleditsch l. c. p. 111 sqq. hanc protulit distributionem:

876. ⏑–⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑––
–⏑––⏑–
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
880. –⏑⏑⏑⏑ – ⏑–⏑
–⏑ – ⏑⏑⏑⏑–⏑
– – ⏑–⏑–– ||

ἀπάγομαι ταλαίφρων Gled. *ταλαίφρων ἄγομαι* codd.

Haec quoque distributio bonum efficit responsum, cum 878 et 879 in se ipsis responsum ferant, 876 ∼ 877, 877 ∼ 882, 880 ∼ 881 sint; sed v. 879 Gled. *ἱερόν* pro dactylo sumpsit, quod (etsi Christ Metrik[3] p. 227 idem fecit de Eur. Bacch. 161) non licet; cf. Dindorfii et Ellendtii Lexica Sophoclea; et audacius mihi videtur Sophocli licentiam Euripideam supponere, qua hic in dactylorum locos tribrachos substituit; quod in versibus aeolicis facilius fieri poterat.

Quare non habeo, cur meam distributionem (ipsam quoque non nimis certam) mutem.

Sophoclem nullum alterum est exemplum, apud Euripidem plura inveniuntur (cf. ad Eurip. 4).

Ceterum haec epodus eximium praebet exemplum quo cognoscatur qua ratione Sophocles interdum interposuerit metra metris; haec enim forma est:

a
b
c c
d d
b
a

Cum utraque stropha epodus arte coniuncta est, cum in eis omnia membra excepto b inveniantur.[1])

4. El. 1273—1287 ep.

d. d.
d.

– – ⏑ – ⏑ – –
1275. – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – –
– – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – –
1279. – – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ –
1280. ⏑ – – ⏑ – –
–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
1285. – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ||

1273 alterum *ἰὰ* addid. Blass. 1281 *ὢ φίλ' ἔκλυον* Kaibel. *ὢ φίλαι ἔκλυον* codd. 1284 *κλύουσ' ἁ τάλαινα* Wil. *κλύουσα τάλαινα* codd.

---

[1]) Blass hanc praefert epodi formam codicum lectione *ἄγομαι* servata:

⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
880. – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – – ||

ut sint 877 ∼ 881/2 nisi quod hic membro ⏑ – – auctus sit, 878—880 inter se similes, 876 sine responsu positus.

Secutus sum potissimum Kaibelii distributionem, qua duas partes epodus continet iambicam et trochaicam, divisas versu 1280 in se responsum ferente. Iambica series incipit a tribus dochmiis. Neque iambici neque trochaici versus multas licentias habent excepto trimetro trochaico claudente, cuius duae breves suppressae sunt. Stropha iambos continet, trochaeos non continet.

5. Trach. 132—140 ep.

132. ⏑–⏑– –⏑–

–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑

–⏑–⏑–⏑–––⏑–

––⏑–⏑–– |.

⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–

⏑–⏑– –⏑–⏑– ⏓

140. ⏑– – –⏑–⏑– – ||

Metra iambica et trochaica sunt, duo trimetri trochaici, duo dimetri iambici, et tres trimetri iambici, quorum primus legitimam formam praebet, reliqui paulum diversam inter se similes.

Coniunctio cum strophis manca est.

6. Trach. 205—224 astr.

205. ⏑⏑⏑–⏑ – ⏑–

⏑ – ⏑– ⏑⏑⏑–

⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–

⏑– – –⏑–⏑– –

⏑ – –⏑ – ⏑–

210. ⏑ – ⏑– – ⏑–

–⏑⏑⏑– – ⏑–

⏑ – ⏑–⏑ – ⏑–

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–

215. –⏑–⏑– –|

⏑–⏑–⏑–⏑–

⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–

⏑–⏑⏑|⏑––

––

220. ⏑–⏑–⏑–⏑–

⏑–⏑–⏑––

221. ⏑–⏑– – – ||

⏑–⏑–⏑––

⏑–⏑–⏑––

⏑–⏑–⏑–– |

205 *ἀνολολυξάτω δόμος* e schol. Burges. — *ξατε δόμοις* codd. *αλαλαγαῖς* codd. recc. *ἀλαλαῖς* L 216 Gleditsch, ut evitaret elisionem *ἀείρομ' οὐδ'* (*ἀείρομαι* Erfurdt), coniecit *ἀείρομαι χαρᾶς ὕπ' οὐδ ἀπώσομαι*, sed *χαρᾶς ὕπ'* et languide et superflue addidit. 222 *γυναικῶν* Dind *γύναι* codd.

De responsione versuum 205—206 iam ad praecedentem epodum dictum est. Insequentium trimetrorum et dimetrorum responsus facile perspicitur; memorabilis est dimeter 215 duobus posterioribus partibus trimetri 208 respondens. 218 non optime in se responsum fert, 219 autem interiectio est extra numeros posita; deinde 220a ∽ 221 (brevi suppressa) ∽ 222 ∽ 223 ∽ 224; 221 autem paeanem claudit, cum sequentes versus ad Deianiram spectent.

Sed novum aliquid canticum continet. Hexapodia enim dactylica catalectica 213/4 extra numeros posita est, ut neque ei quicquam respondeat neque in se responsum ferat. Quae res neque apud Aeschylum occurrit neque apud Sophoclem alias invenitur.[1] Sed hoc canticum cum astrophicum sit et Aeschyli soluta paulo laxius composita esse nobis visa sint, nescio an hic eadem causa valeat. [Apud Euripidem saepius haec res occurret in solutis canticis (37) et in epodis (10. 18. 21)]. Tamen alterum Sophoclis canticum astrophicum 7 hac licentia non utitur.

7. Trach. 878—895 astr.

Huius amoebaei neque verba neque versus ubique certa sunt; tamen aliqua cum veri similitudine[2]) reparari possunt.

8 trim.

⏑–⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑–⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–

[1]) Maiore vi ea restituere conatus est O. Hense, Studien zu Sophokles p. 172—198 qui nimis multas traditorum verborum corruptelas reperisse sibi visus est.

[2]) Quare nescio an cum Dindorfio ante *ἐλαφαβόλον* duae syllabae excidisse putandae sint (e. g. *θεάν*), ut efficiantur versus respondentes hi

210. ⏑ – ⏑––⏑–
–⏑⏑⏑––⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–
⟨⏑–⟩⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–

d.

– – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ –

d.

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

d.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –(⏑ –)

⏑ – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ – ⏓

– – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ –

⏑ – – ⏑ – –

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – –

⏑ – ⏑ – ⏑ – –

⏑ – ⏑ – ⏑ – – ||

880 corr. Wunder. 881 ἤ inter *θυμός* et *τίνες* delevit Blass. 883 *ἔτεκ' ἔτεκε μεγ.* Christ. Grundfragen p. 244. *ἔτεκεν ἔτεκεν μεγ.* codd.

Versus ut in amoebaeo inter chorum et nutricem multifariam divisa sunt. Trimetri legitimi longis saepius solutis distributi leguntur. Tres interpositi sunt dochmii, 879 ∽ 886/7 aeolica metra sunt, quae sic distribuenda esse videntur

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – –.

(De aeolicis metris cf. O. R. alterum stasimum. Hephaest. cap. 15. Rossbach-Westphal Metrik³, pag. 530). Sequuntur 890 ∽ 892 et 893 (duabus longis solutis) ∽ 894 ∽ 895. Bene igitur canticum compositum est. [1])

8. Aiac. 194—200 ep.

– ⏑ [⏑] – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – [⏑]

– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –

---

[1]) Blassio haec magis placet forma:

879. *σχετλιώτατα πρός γε ⟨⏑⟩ πρᾶξιν. εἶπε τῷ μόρῳ ⟨–⟩*
886. *ἀνύσασα μόνα; στονόεντος ἐν τομᾷ σιδάρου.*
893. *ἔτεκέν ⟨γ'⟩ ἔτεκεν μεγάλαν νέορτος ἅδε νύμφα*

h. e. versus ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ter positus.

⏓ – ⏑ – – ⏑ – – ⏓
⏓ – ⏑ – – ⏑ – – –
– – – – – –
– – ⏑ ⏑ – – ⏓
⏑ – ⏑ ⏑ – – – ||

194 ἄν' pro ἄνα contra grammaticos scribi vult Blass. μακραίων Bergk. μακραίωνι codd. 195 corr. Ritschl. 196 ἐχθρῶν ὕβρις δ' scripsi ἐχθρῶν δ' υβρις codd. 199 βαρυαλγήτως Dind. βαρυάλγητ' L.

Responsus facile perspicitur. Initium faciunt tria membra aeolica, quorum duo priora composita sunt cum dispodia iambica variae formae; sequuntur duo trimetri iambici aperte inter se respondentes et tres versus quorum inter se responsus apertus est, etsi non plane easdem formas praebent (sunt autem secundum Rossbach-Westphal Metr.[3] p. 697 paroemiacorum formae [?]). Cum strophis coniunctio manca est.

9. El. 504—515 ep.

– ⏑ ⏑ ⏑ – – –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – –
– ⏑ ⏑ ⏑ – – –
– ⏑ –
– ⏑ ⏑ ⏑ – – –
– ⏑ ⏑ ⏑ – – –
– – ⟨⏓⟩ – – –
– – – – – –
– – ⏑ – – –
– ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – – ||

Hac in epodo Sophocles uno metro usus est, cui haec est forma ⏓ ⏓ ⏓ ⏓ – – –. Quidnam sit hoc metrum nemo scit,[1]) sed simplex id esse apparet. Qua re elucet versum 510 παγχρύσων δίφρων = – – – – – emendandum esse, ut efficiatur aut cum Dindorfio παγχρύσων ⟨ἐκ⟩ δίφρων = – – – ⟨–⟩ – – ⏑̷ 511 aut cum Hermanno παγχρυσ⟨έ⟩ων δίφρων = – – ⟨⏑⟩ – – – ⏑̷ 512.

[1]) Kaibel Elektra p. 147 sq. dochmiacum id esse demonstrare studuit, quod fieri non posse puto.

Bis interpositum est membrum – ⏑ –, ut ordo quidam et dispositio fieret. Animadvertendum autem est, quam bene Sophocles unum illud metrum variarit, ut versus respondentes distribueret sic 504 ∽ 506 (∼) 508 ∽ 509; 510 ∽ 511 ∽ 512; 505 ∽ 514 ∽ 515. Cum strophis autem membrorum adhibitorum consensus non est, nam quod Kaibel strophae versus 579 ∽ 595 hunc epodi versum esse putavit, notandum est utrumque locum eum coniecturae debere. Tamen coniunctio est inter confines antistrophae et epodi versus:

antistr. 504. – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒ – ⏑ – – –
ep. 505. – ⏑ ⏑ ⏑ – – –

10. Trach. 517—530 ep.

Hac epodo novum aliquid docemur. Omnia enim tractata cantica e versibus composita sunt magis vel minus accurate inter se respondentibus. In hac autem epodo similes potius versus sunt quam pares, tamquam si Aeschylum poeta secutus sit Prom. 428. 467 versus similes facientem. Est autem forma epodi haec:

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– – – ⏑ – –
– – – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ –(⏑ –)
– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏒ – ⏑ ⏑ – – ||

528 ἐλεινὸν ἀμμένει ⟨τέλος⟩ Gleditsch Cantica p. 135. ἐλεεινὸν ἀμμένει codd. Alii aliter locum corruptum sanare conati sunt. 529, 30 fort. βέβαχ' ὥστε. 530 nondum sanatus.

Accurate inter se respondent versus 523 ∽ 524, quibus 520 similis est, iambici trimetri 526 ∽ 527, 528 in se responsum ferens, 529 ∼ 530 glyconeus et pherecrateus claudentes canticum.

525 autem non est legitimus trimeter, cum prima dipodia se applicet ad versum 521, altera et tertia ad versus 526 ∽ 527 (nescio an etiam similes sint versibus 523 ∽ 524). Maxime autem liberum responsum praebent versus in initio cantici positi, qui videntur dactylici esse. Similes enim sunt 521 et 522, cum 521 compositus sit cum membro respondente versus 517 fini. Primus autem et secundus versus non nimis habent similitudinis.[1]) Cum stropha autem coniuncta est epodus, ut quae dactylos, iambicos trimetros, membrum aeolicum contineat. Finitimorum quoque versuum applicatio invenitur

str. ⏑–––⏑–⏑–⏑––⏑⏑–⏑––||
ep. ⏑–⏑⏑–⏑––(⏑⏑–)

11. Phil. 855—864 ep.

Haec epodus cum sit corruptissima,[2]) formam non delineo. Cognosci autem potest fuisse in ea metra aeolica (855 ∽ 856), tetrametros dactylicos (859 ∽ 860), iambos (trimetrum 861, dimetrum 864). Cetera obscura sunt.

Stropha ipsa quoque dactylica et aeolica metra continet.

---

[1]) An sic versus 517 sqq. dividi possunt:

⏑–⏑⏑–⏑|––⏑⏑––|––⏑⏑–⏑|⏑––
––⏑––
–⏑⏑–⏑⏑–– ⏑–– (ὀλόεντα = ⏑––)
–⏑⏑–⏑⏑––
–––⏑–– etc.?

cf. Eur. Herc. 1049 sq. ⏑–⏑⏑––|⏑–⏑⏑––|⏑–⏑– et Wilamowitzii adnotationem. Blass tentat:

Τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος, ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κέρατων ἦν δ' αμφίπλε-
κτοι κλίμακες, ἦν [δὲ] μετώπων ὀλόεντ' ⟨––⟩ πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

h. e. ⏑–⏑⏑–⏑––⏑⏑––––⏑⏑–⏑⏑––
––⏑–
⏓–⏑⏑–⏑–––⏑⏑–⟨––⟩–⏑⏑–⏑⏑––|

[2]) Lepide et eleganter Gleditsch Cantica p. 169 corruptum canticum restituere conatus est. Sed eius correctiones sensui mihi satisfacere non videntur. Hermann et Dindorf canticum e meris dactylicis tetrametris compositum fuisse putaverunt.

12. Phil. 1170—1217 ep.

⏑–⏑–⏑–⏑––⏑––⏑–
–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑⏑––⏑⏑– – ⏑ ⏑ ––
⏑⏑– ⏑ – ⏑ ––
⏑⏑– ⏑ – ⏑ ––
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––
⏑⏑–⏑⏑––
⏑–⏑⏑––
–⏑⏑––⏑––
–⏑⏑––⏑⏑––⏑⏑––⏑⏑––
–⏑⏑––⏑⏑––⏑⏑–
– – – –––––
⏑⏑–⏑⏑–
–––⏑⏑–⏑–
–––⏑⏑–⏑–
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––
⏑ – –⏑–⏑⏑–
– – –⏑⏑–⏑⏑––
– –⏑⏑–⏑
⏑ – –⏑–⏑⏑–
– – –⏑⏑–⏑–
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
– – –⏑⏑–⏑⏑– –
– – – – –⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑– –
––⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑– – –⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
⏑– ⏑ –⏑⏑––
⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑––
– – ⏑––
– ⏑ – ⏑–⏑–
–⏑–⏑–⏑⏑–
– ⏑ – ⏑–⏑–⏑–⏑–
–⏑–⏑–⏑⏑–
⏑⏑⏑–––⏑⏑–
⏑–⏑⏑– ⏑ ––‖

1174 *ἐμοί* delev. Hartung, quem Nauck et Gleditsch secuti sunt. 1184 *ὦ ξένοι ὦ μείνατε* Gleditsch, quod Christ. Grundfragen p. 257 [1]) laudat. *ὦ ξένοι μείνατε* codd. 1192 *προέφαινες* scripsi. *προύφα⟨ι⟩νες* codd. 1212 *ἔστ'* delev. Hermann metro postulante. 1213 *ὦ πόλις πόλις* Gleditsch. *ὦ πόλις ὦ πόλις* codd. 1215/6 *λιβάδ' ἔβαν ἐχθροῖς Δαναοῖς* scripsi. *λιβ. ἐχθροῖσι ἔβαν Δαναοῖς* codd.

Haec longissima omnium Sophoclis epodorum optimam praebet formam sicuti no. 2. Dimetros enim iambicos initium facientes, quorum 1172 acephalus est, 1171 in se responsum fert, sequuntur ionici: trimeter in se aperte responsum ferens et duo anaclomeni. Deinde poeta ea, quam iam invenimus, ratione, qua similes potius quam pares ponit versus, utitur, ut ab ionicis transeat ad choriambos hoc bello et lepido modo

⏑⏑––⏑⏑––
⏑⏑–⏑–⏑––
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––
⏑⏑–⏑⏑––
⏑–⏑⏑––
–⏑⏑––⏑––
–⏑⏑––⏑⏑– etc.

Sequuntur anapaesticae dipodiae quarum duae holospondiacae sunt, exceptae a glyconeis alternis basibus spondiacis et iambicis et interpositis breviore membro aeolico 1193 et duobus tetrapodiis dactylicis qui respondent sequentibus 1196—1208, quorum 1203 anacrusem praebet dipodia pro tetrapodia praeeunte. Redeunt ad finem versus aeolici: 1209 ∽ 1217 anapaestorum locis mutatis [1]) et tres glyconei, quorum tertius aliam praebet formam, cingentes tres dimetros iambicos satis variis formis et trimetrum dimetro v. 1212 se adiungentem.

Epodus etsi amoebaeum est tamen summa arte elaborata cum strophis ita est coniuncta, ut iambici dimetri choriambi dactyli glyconei in eis insint, ceteri aeolici numeri et ionici non insint.

---

[1]) eadem responsio non accurata invenitur O. C. 512—523 *ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι* ∼ *τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν* ⏑–⏑⏑–⏑–– ∼ ⏓–⏓–⏑⏑–– cf. Christ. Metr.[2] p. 511.

13. O. C. 1239 — 1248.

⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – –
– – – ⏑ ⏑ – –
– – – ⏑ ⏑ – –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –
– ⏑ ⏑ –   – ⏓
– ⏑ ⏑ – – – – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ||

1248 δ' ἐννυχιᾶν e schol. Lachmann. δὲ νυχιᾶν codd.

Haec quoque ultima Sophoclis epodus claram prae se fert formam etsi non severam, cf. 10. Initium enim faciunt iambi: trimetri secunda et tertia dipodia repetuntur sequente dimetro, prima initio versus 1241. Sequuntur versus aeolici et dactylici, quorum accurate respondent 1242 ∽ 1243, 1245 ∽ 1247 ∽ 1248 (qui, cum canticum claudat, syllaba brevior est) non accurate 1241, 1244, 1246 (cf. 10).

Cum stropha coniunctio quaedam est, cum et glyconeos et iambos contineat. Etiam finitimi versus coniuncti esse videntur:

str. 1238. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ||
ep. 1239. ⏑ – – (– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Summarium.

Rationem metricam Sophoclem eandem secutum esse atque Aeschylum luce clarius est. Quare simplicia composuit cantica, velut 5 e meris iambis, 4 ex iambis et trochaeis, 9 ex uno metro constantia. Sed novum aliquid omnibus inest, tamquam si poeta liberius et solutius cantica formarit. Etiam cantici 5 iambi licentias prae se ferunt, quas apud Aeschylum raro invenimus, et cantici 9 forma simplicissima magna cum arte variata et exulta est. Praeterea talia cantica non multa invenies, pleraque multo magis artificiosa et expolita sunt, (qua re effectum est, ut tot inter mixta cantica numeranda essent). Quorum conferas 1, unum e speciosissimis Sophoclis canticis, 8, quo Aeschyli 16 non est

liberius, 7, 3 nova metrorum distributione (a b cc dd b a) memorabile, et maxime licentiis referta (3), 10, 13. Sed tantum abest, ut Sophoclis cantica hoc libero poetae de formis adhibendis usu detrimentum capiant, ut supra Aeschylum progressus esse Sophocles dicendus sit, cum hoc modo quasi proficiscantur metra e metris et cantica explicentur. Quae res melius sentitur quam demonstratur. Lege quaeso praeclaram priorem partem epodi 12. Quod multo melius nos sensuros esse puto, si liceret cantica cum sonis comparare.

De numero et locis respondentium versuum Sophocles etiam minus legum sibi imposuit quam Aeschylus. Tamen cum huius longiora cantica velut 3, 5, etiam 13 bene formatum aliquid frigidi et languidi habeant, de huius perlongis 2 et 12 contraria dicenda sunt, etsi (quod Aeschyli 3 et 5 non sunt) amoebaea sunt, quae ad artem elaborandi minus apta sunt. Hoc minimum valet de astrophicis canticis 6 et 7. Ergo, quod iam apud Aeschylum reperimus, videtur aliquid interesse inter astrophica et epodica cantica. Accedit quod in 6 longior versus invenitur extra numeros positus. Aeschyli nonnulli versus claudentes responsu carebant. Quod apud Sophoclem nusquam occurrit, vel casu quodam (nam in stropha Trach. 516 occurrit) vel consulto, quia poetam offendebat. Semel interiectio Trach. 219 respondente caret, reliquae non carent (e. g. O. C. 207. 237. qua re Dindorf perductus est, ut Trach. 219 εὐοῖ bis poneret).

Versibus in se ipsis responsum ferentibus Sophocles eadem ratione usus est qua Aeschylus. Memorabile autem est dochmiorum longiores series non occurrere, quod effectum esse potest (et odio quodam poetae in genus dochmiacum et) eo, quod astrophica cantica, quae Aeschylus e dochmiis multa composuerat, non plus duobus confecit eorumque alterum dochmiis carens (6).

Epodi, ut Aeschyli ita Sophoclis quoque cum strophis magis vel minus arte coniunctae sunt omnes (excepta 9, quae res animi affectus causa facta esse videtur) Sophoclisque melius quam illius. Sed accedit alterum. Interdum enim finitimorum antistrophae et epodi versuum formae pares vel similes sunt, ut etiam hac ratione epodus cum strophis coniungatur. Versus autem hi sunt:

O. C. 1238. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ||
1239. ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

El. 503. – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ – ⏑ – – – ||
504. – ⏑ ⏑ ⏑ – – –

Trach. 516. ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ||
517. ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Caput III. Euripides.

Venio ad Euripidem cuius ut plurimae fabulae ita plurima quoque cantica soluta exstant, nempe 36 epodica 43 astrophica, cum Aeschyli sint 9 epodica 7 astrophica, Sophoclis vero 11 epodica 2 astrophica. Ergo melius ex metrorum usu distribui poterunt Euripidis cantica. Distribui autem ea in I. cantica dactylica vel anapaestica (3 epodos 4 astrophica continentia) II. trochaica vel iambica adiectis singulis e dactylo-trochaicis (no. 28) et ionicis (no. 29) versibus compositis (12 epod. 5 astr.) III. aeolica (12 ep. 9 astr.) IV. dochmiaca (4 ep. 23 astr.!) V. mixta cantica (5 ep. 2 astr.).

In tractandis canticis, ut antea, temporum ordinem fabularum, qui veri similis mihi visus est, secutus sum. Versuum numeros et codicum notas adhibui ea, quae Prinzii et Weckleinii editio praebet.

I. Cantica dactylica et anapaestica.

1. Medea 131—137 proodus (parodi 131—213).

131. ⏑⏑– – –⏑⏑–⏑⏑–
– – – –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑|–⏑⏑–––⏓
135. –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑
⏑––⏑–⏑––

133 *ἀλλὰ* Herm. *ἀλλ' ὦ* codd. 134 *γόον* Elmsley. *βοάν* vel *βοήν* vel *μολών* codd. 135 *ἐπ'* delevit Weil. Pro *ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω* scripsit *ἀπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἐγὼ* Sakorrhaphus, sed tum *ἐγώ* supervacaneum esse videtur.

Proodus incipit ab anapaestis, qui nutricis anapaestis antecedentibus se applicant: a dimetro (in duos monometros propter

caesuram dividendo) et monometro holospondiaco (cf. Soph. Phil. 1186). Sequuntur dactylici versus, nempe duae tripodiae duae tetrapodiae dipodia clausae. Totum canticum clauditur pentapodia iambica [1]) (cf. Suppl. 804 ∽ 810). De iambis dactylicos versus claudentibus cf. ad Soph. 2. Proodus et cum stropha quae maximam partem ex anapaestis constat et cum epodo 204—212 quae iambos et versum dactylicum continet, coniuncta est. vide ad 7.

Etiam cum praecedentibus versibus proodus per anapaestos coniuncta est.

2. Hipp. 1370—1388 astr.

– – – –
– –⏑⏑–⏑⏑– – –
⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏓
– –⏑⏑– – – – –
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– – –
•⏑–⏑⏑– – –⏑⏑–
⏑⏑– – –
⏑⏑– – –⏑⏑–⏑⏑–
– –⏑⏑– – –⏑⏑–
⏑–⏑– –⏑–⏑– –
⏑– –⏑– –⏑–⏑–
⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑–
⏑–⏓–
d. d.
⏑ – ⏑ – – – ⏑–
d. d.
– – ⏑ – ⏑ – ⏑–⏑– – ‖

1372 *μέθετέ με τάλανα* EaBC. *με* om. LP. 1374 sq. corrupti; inter *δυσδαίμον'* et *ἀμφιτόμου* lacunam statuunt Nauck et Kirch-

[1]) Apud Euripidem hi occurrunt versus soluta cantica claudentes sine respondentibus positi:

no. 1 ⏑– –⏑–⏑– –
8 –⏑⏑–⏑⏑–⏑– – (praecedunt iambelegi).
78 –⏑⏑–⏑⏑–⏑– – (praecedit dactylica hexapodia sola).
12 – – – –⏑⏑–⏑ | –⏑–⏑– – (praecedunt trochaei).
42 – – –⏑–⏑– – (praecedunt dactyli et glyconei).
73 – –⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑– – (praecedunt trochaei).
75 –⏑⏑–⏑– – (cf. ad loc.).

hoff. Versuum mensuras quas Wil. (Eur. Hippolytos. Griech. Tragödien übers. v. W., II, p. 99) protulit, minime probo. 1379 *μιαιφόνων τε* codd. et schol. *ὅ τε περιττὸς* schol. 1381 *μένει* Wil. *μέλλει* codd. 1384 *ἰώ μοί μοι* E a L P. *ἰώ μοι* B C. *βιοτὰν τοῦδ' ἐμὰν* scripsi *βιοταν ἐμὰν τοῦδ'* codd. (*ἐμάν* om. C L). 1387 *δυσδαίμον'* codd. praeter C L P *δυσδαίμονα* praebentes.

Versus non facile distribuuntur. vv. 1370 et 1384, cum interiectiones sint, aut extra numeros positi sunt aut sibi respondent. Sequuntur anapaesti 1371 et 1375—1378; monometro 1376 respondere putandus esse videtur v. 1381 inter iambos positus, sed lectio non nimis certa est. De versibus 1374/5 corruptis cf. App. crit. Quid sit 1371 nescio; potest dochmius haberi cum sequantur longiore intervallo dimetri dochmiaci 1385 ∽ 1387. Restant iambi: tres trimetri satis diversarum formarum et tres dimetri (an 1382 in se responsum fert?).

Sed lectio non ubique certa est, et haec distributio nihil est nisi tentamentum, cum Wilamowitzii mensuram versuum probare nequeam.

3. **Phaeth. frg. 775 N. Eur. III², 60—69 praeconis verba.**

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ⏑
— — — —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
— ⏑ ⏑ — — |
— — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
— — — —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ⏑
— ⏑ ⏑ — — ||

Haec praeconis verba [1]) optime et clarissime distribuuntur; sunt enim, ut ita dicam, stropha et antistropha binos tetrametros dactylicos acatalectos continentes utrumque clausum dimetro acatalecto formae — — — — vel — ⏑ ⏑ — —, quarum utraque respondentem habet. [2])

[1]) Nauckii textum recepi, cum Wilamowitzii correctiones (Hermes XVIII, p. 404) necessariae mihi non esse viderentur.

[2]) Neque enim iure mihi Wil. l. c. dicere videtur: 'Der Herold bedient sich stesichorischer Dactylen, es sind Hexameter, aber wie die zweisilbigen *σπονδειάζοντες* zeigen, keine heroischen', nam non hexametros, sed tetrametros cum dimetris usurpatos esse ex hiatu versus 62 *ἀπαείρετε — ὦ ἴτε λαοί* apparet ante interiectionem non legitimo.

4. Suppl. 271—285 astr.

4 hexametri dactylici

⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ – – [⏑ –] ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
*– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – |

4 hexametri dactylici.

273 corr. Heath. Reiske. 275/6 corrupti esse videntur. fort. *ταλαίνας γεραιάς* = ⏑ – – – ⏑ – –, nam *χέρας* non bene stare videtur. 277 *πρός σε* Markland. *πρός* codd. 279 *δειλαία* Herm. *δειλαίαν* codd. 280 nondum sanatus *ἱκέταν τιν' ἀλάταν* Nauck. *ἱκέταν ἢ τιν' ἀλ.* codd.

Hoc canticum non bene formatum est. Quaterni enim hexametri dactylici cingunt ceteros versus (hexametros esse, non tripodias, quod Herm. Elem. p. 325 putavit, e syllabis ancipitibus 272 [et 284] elucet). 275 interiectio est extra numeros posita; sed sequitur novum quid paene incredibile: tribrachos enim et dactylos Euripides sibi respondere voluit; qua de re vide, quae scripsi ad no. 40; deinde versum bacchiacum, ut videtur, responsum in se ferentem (vel secundum Blassium versum iambicum solum positum eiusdem formae atque vv. 804 ∽ 810) excipiunt dactylicae tripodiae et tetrapodia (280 corruptus est).

5. Jon. 144—150 ep.

– – – – – – –
– – – –
– – – – – – –
– – – –
– ⏑ ⏑ – – –
– ⏑ ⏑ – – –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – – ||

Forma adeo simplex est, ut interpretatione opus non sit.

6. Phoen. 818—833 ep.

* ⏑⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – – – ⏑⏑ – ⏓
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
– – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ – – – ⏑⏑ – –
– – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
– – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ – ⏑⏑ –
– – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ||

818 dubius est fort. *ἔτεκες ἔτεκες ὦ γᾶ γᾶ ποτε* vel *ἔτεκες ω γᾶ γᾶ ἐτεκές ποτε* (Blass) tribrachi cum dactylis cf. no. 4. 832 *ἔσταχ'* codd. *Ἄρεως* Dind. *Ἀρήιος* codd.

E versibus dactylicis et anapaesticis epodus composita est; sunt enim hexapodiae tetrapodiae tripodia catalectica dactylicae, dimetri et monometer anapaestici.

Cum strophis epodos per dactylos, non per anapaestos coniuncta est.

Blassius autem propter eximiam epodi similitudinem cum strophis suspicatur non epodum esse sed tertiam stropham in fine mutilam, quam opinionem sensus verborum probare videtur.

7. Phoen. 1485—1581 (astr.).

Hoc longum amoebaeum inter Antigonam et Oedipum, cuius textum multis locis incertum non delineo, Nauckius ex parte in strophas redigere conatus est, quia longae versuum series pares vel similes sunt. Hos autem versus strophicos esse voluit:

stropham *α'* 1485—1497 ∽ 1570—1581. Hi versus simillimi in strophas ita redigi possunt, ut putemus nonnulla vel deesse vel currupta esse, cuius rei quod apud Euripidem semper ratio habenda est, valde dolemus.

stropham *β'* 1498—1500 ∽ 1501—1503. Qui versus particula *δὲ* in 1498 inserta et versu 1502 emendato plane eandem praebent formam.

Versus 1504—1518 Nauckius astrophicos esse vult.

Sequitur stropha *γ'* 1519—1522 ∽ 1539—1542. Hi quoque versus congruunt, si putas cum Nauckio ante *αἴλινον* excidisse ⏑— et scribis *αἰῶ* pro *αἰῶνα*. Confirmatur autem Nauckii opinio repetitis verbis eisdem locis 1522 *λειβομένοισιν δακρύοισιν* (*δάκρυσιν* codd. antt.) ∽ 1542 *οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν* (*δάκρυσι* B).[1])

Post longiores series versuum astrophicas 1523—1538 et 1543—1545 sequitur

stropha *δ'* 1546—1550 ∽ 1555—1559, qui versus strophicum ostendunt responsum, si 1547 ante *πατερ* inseras *ὦ* et v. 1557 mutilum esse putes. Claudentes enim versus idem sunt 1550 ∽ 1559. Ceteros versus 1551—1554 et 1560—1569 astrophicos esse putat Nauck.

Atqui cantici compositi e partibus astrophicis et strophicis (tantis insuper intervallis inter strophas et antistrophas admissis quantum inter stropham *α'* et antistropham *α'* positum est) alterum exemplum non exstat. Tamen dicendum est non nimiis difficultatibus Nauckii strophas restitui posse et accuratius examinanti mihi magis magisque placere. Nam etsi in canticis astrophicis longiores series occurrunt, quae eodem modo quo strophae et antistrophae inter se respondent (e. g. (12); 58, 59, 62), tamen tantae series quantae sunt strophae *α'* et *δ'* nullae inveniuntur.

Sed quid dicam de intermissis astrophicis versibus? Nonnulli loci velut 1514 sqq. 1530 sqq. corruptissimi sunt, alii autem e. g. 1525—1529 et 1560—1569 tam bonum praebent responsum, ut dicere nequeam quomodo canticum compositum sit. Potest autem cogitari Euripidem in hoc cantico satis libero unoque e novissimis ausum esse strophicas et astrophicas partes in unum congerere, praesertim cum amoebaeum sit.

---

[1]) Versus 1539—1545 Wilamowitz, Isyllos p. 151/2 tres pentametros ionicos esse putat eiecto glossemate *ἀφανές* ante *εἴδωλον*. Malim legere *αἰθερόφανες εἴδωλον* cum Weilio et *ποτανόν* pro *πτανόν* cum Seidlero, ut efficiantur duo pentametri ionici (∽ 1519—1522) et quattuor dochmii.

Invenimus igitur Euripidem in his canticis dactylicis et anapaesticis supra Sophoclem progressum esse ita, ut multis metrorum licentiis admissis servaret varietatem versuum, non servare videretur speciei pulchritudinem (excepto 3). Sed in canticis nonnulla corruptissima sunt.

II. Cantica iambica et trochaica.

Transeo ad iambica et trochaica cantica multo plura quam dactylica et anapaestica exstantia.

8. Medea 204—212 ep. (cf. proodum no. 1).

⏑ –   –   – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑
– – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– –   – ⏑ ⏑ – ⏒ ||

Incipiunt iambi: trimeter, cui nihil severe respondet, item dimeter. Sequuntur iambelegi 206/7 ∽ 209, quorum huic se applicat v. 210 dactylicus. Interpositus est dimeter trochaicus 207, qui propter formam in se responsum fert. De claudentibus versibus dubitari potest. Possunt enim esse iambicus dimeter (∽ 205, cui nihil severe respondet) et pherecrateus sine responsu positus (quales versus alibi occurrunt). Sed eidem versus claudentes inveniuntur no. 34 praecedentibus glyconeis. Quare non puto esse dimetrum iambicum et pherecrateum (quorum in no. 35 uterque solus positus esset), sed glyconeum dactylo soluto (quales Euripides interdum adhibuit) et pherecrateum.[1]) Respondent

[1]) Hi Euripidis cantica soluta claudunt glyconei cum pherecrateis compositi:

– – – – – ⏑ ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – –

28 ep., 29 ep.; str. e. g. Bacch. 880/1. Praecedentibus aeolicis metris 37 astr.; str. e. g. Or. 817/8.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – –

37 ep.

igitur quodam modo inter se iambici trimeter 204 et dimeter 205, quorum hic etiam in se responsum ferre videtur. Cum stropha autem epodus ita est coniuncta, ut versus claudentes similes sint.

183. – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – –
212. – – – ⏑ ⏑ – ⏑

et strophae versus 155—180 trochaici sint. Cum proodo autem artius coniuncta est, cum et dactylos et iambos contineat.

9. Hec. 943—951 ep.

– – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – –
– – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ||

Valde est mirandum, quod haec distributio, quamquam facillime cognoscitur, praeter Rossbach-Westphal Metrik II[3], p. 500 ab omnibus neglecta est. Sunt enim 943 ∽ 944/5 ∽ 948 iambelegi interpositis dimetris iambicis 946 ∽ 947 ∽ 949 correspondentibus (946 ∽ 947 eiusdem formae atque Soph. 5 et 6). 950 est trimeter iambicus dimetris adiunctus, ceterum nisi in se

---

⏖ ⏖ ⏓ – ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ ⏖
⏖ ⏖ ⏓ – ⏑ ⏑ – –

42 ep.; str. e. g. Bacch. 118/19, El. 440/1. Praecedentibus aeolicis metris 45 ep., 38 ep.; str. e. g. Iph. A. 183/4, Phoen. 212/13.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – –

8. Praecedentibus aeolicis 34.

In strophis etiam

– – – – – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – –
Hec. 636/7.

– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓
⏓ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – –
Hec. 912/3.

– – – – – ⏑ ⏑ –
– ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
Suppl. 961/2.

ipso responsum non habens. Claudit epodum versus Alcaicus decasyllabus iambelegis se adiungens et liberius sine respondente positus (item 78). Quod versus 943 fine vocabulum dirimitur, etsi molestum est, tamen de versibus 1 et 2 dividendis et respondentibus non est dubitandum. Strophae ipsae quoque iambelegos continent etsi forma paulum diversa

— ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — (—)

et dimetros iambicos. Finitimorum quoque versuum applicatio est

942. — — ⏑ — ⏑ — —
944. — — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

10. Phaeth. frgm. 775 N. Eur. III² 45—52 ep.

45. ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — — ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
⏑ — ⏑ — — ⏑ —
50. ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑
⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — — ⏑ — ⏑ — — ||

Duobus trimetris iambicis variarum formarum cinguntur duo dimetri 46 ∽ 49 et duo dimetri trochaici 50 ∽ 51; illis versus dactylicus — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — interpositus est, qui utrum ex uno an duobus membris constet nemo facile dicat. Nullus ei versus respondet[1]) sicuti Soph. 6, nisi quod haec epodus est, illud canticum solutum. Cum strophis autem nisi per alterius strophae anapaestos coniunctum non est. Finitimorum autem versuum applicatio haec est

44. ⏑ — ⏑ ⏓ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
45. ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

---

[1]) In Euripidis canticis solutis hi inveniuntur versus responsu carentes (cf. ad 1 et ad 38):

17. — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ep.
38. — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — astr. cingunt glyconei.
50. — — — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — astr.
10. — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — ep. praecedunt anapaesti.
20. — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — ep.

Omnes igitur dactylici versus sunt.

11. Cycl. 356—374 astr.

De conatibus quibus viri docti hoc canticum in strophas redigere studuerunt cf. Wilamowitz, Sitzb. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1902, p. 879 Anm. 1; Idem, Aeschylos' Orestie. Gr. u. deutsch. II. Das Opfer am Grabe (Berlin 1896) p. 261 metricam dedit delineationem a mea paulum diversam, cum pro iambis trochaeos posuerit.

—́ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
—́ — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
— —́ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
—́ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑
—́ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
— — — — — ⏑ ⏑ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— —́ — — ⏑ — — — ⏑ —
⏑ — ⏑ — ⏒ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— — — —
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏒
— —́ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ‖

359 corr. Casaubonus Dindorf. 360 corr. Reiske. 361 *προσδίδου* LP. *προδίδου* l. 362 *γέμιζε* Wecklein. *κόμιζε* codd. 365 *παρέχει* Wil. *ἔχει* codd. 370 *ξενικόν* delev. Herm.

Continet canticum trochaeos iambos dactylos anapaestos permixtos sed optime inter se respondentes sic: 356 ∽ 359, 357 ∽ 370, 358 ∽ 372,3, 360 ∽ 365, 361 ∽ 368 ∽ 374, 362 ∽ 367, 363 ∽ 364; 366 quid sit nescio (item Wil. l. c.) 371 consulto extra numeros positus est in se responsum ferens, cum chorus cyclopis pabulum atrox sibi depingat cogitatione.

12. Cycl. 608—623.

De virorum doctorum in hoc canticum tentationibus cf. Wil., Sitzb. d. Berl. Akad. l. c.; idem formam delineavit Aeschylos' Orestie Gr. u. dtsch. II. l. c. p. 262.

608. –⏑–––⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–

610. –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ (I)

612. –⏑–⏑–⏑–

––

–⏑–⏑–⏑–

614/5. –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ (II)

–⏑–⏑–⏑–

–⏑–

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏓ (III)

–⏑–⏑–⏑–

620. ––

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏓ (IV)

621. –⏑–⏑–⏑–

––

622. –⏑–⏑–⏑–⏓–⏑–⏑–⏑–||

610 *ξενοδαιτύμονος* tentavit Herm. *ξένων δαιτύμονος* codd. 617 corr. Herm.

Forma optime divisa est memorabilique modo, potest enim distribui in quattuor partes huius formae

–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏓⏑

–⏑–⏑–⏑–

–(⏑)–

omnes cinctas duobus tetrametris trochaicis. Solus dimeter trochaicus 613 extra hanc formam quasi strophicam positus ceteris trochaicis dimetris se applicat.

13. Herc. 130—137 ep.

130. ⏑⏑⏑ – ⏑– – –⏑–⏑–⏑–

– ⏑ – – –

⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑–⏑–⏑–

– ⏑ – ⏑–⏑–

135. – ⏑ – –⏑–

– – – –⏑⏑–⏑|–⏑–⏑––||

133 *δὲ* LG. *δὲ δὴ* manus corr. cod. L.

Simplicissima est epodus, sed trochaei Euripidis licentiarum pleni. Quinque enim sunt dimetri, unus trimeter eis se applicans, claudit versus aeolicus (enhoplius Wilamowitzii cf. Hephaest.

cap. 15; God. Hermann. Elem. p. 590 sqq.; Wil. Herakles[2] II, p. 28) cum ithyphallico h. e. dimetro trochaico compositus.

Strophae iambos continent, ut quasi coniunctio sit.

Finitimorum versuum similitudo adest:

129. ⏑⏑⏑–⏑––||
130. ⏑⏑⏑–⏑–––⏑–⏑–⏑–

14. Herc. 909—921 astr.

––⏑–––⏑...
⏑⏑⏑–⏑⏑́⏑⏑́⏑⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑...
– ⏑–⏑⏑́⏑⏑́⏑–
⏑–⏑–⏑––...
⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–
– ⏑–⏑⏑́⏑'⏑⏓
––⏑–––⏑–⏑–⏑–
d. d.
d.
d. d.
d.
– ⏑–⏑–́–́⏑–||

910 τίνα με Herm. με codd. 915 post χέρες codd. vitiose addunt ὤ. 921 τύχας codd. ψυχάς Wil.

Haec quoque distributio clara est. Loquitur enim nuntius trimetris vel trimetrorum partibus, ut sint 914 ∽ 916, 909 ∽ 911 ∽ 913, nisi quod versus 913 ultima syllaba longa est chori exclamatione, cum desideretur brevis. An horum fragmentorum ultimae syllabae ancipites sunt? Interpositi sunt inter se respondentes tres versus harum formarum

⏓⏓⏑–|⏑⏓́⏓⏓́⏓⏑–

h. e. e cretico et dochmio compositi; eiusdem formae versus trimetro et dochmiis intermissis redit, ut claudat canticum.[1])

[1]) Wil. aliam distributionem proposuit, quam iure, ut equidem opinor, Wecklein non recepit. Nam Wil. ordinem metrorum a natura datum neglexit, ut e. g. versus 909 ∼ 911 et 910 ∼ 912 quos παραλλήλως positos esse elucet diversis locis poneret. Quare ceterorum editorum distributionem servo.

15. Suppl. 824—836 ep.

⏑⏑⏑⏑– ⏑⏑⏑– –⏑–
d.
⏑⏑⏑⏑–⏑ – ⏑–⏑–⏑–
⏑ – ⏑– ⏑⏑⏑–
d.
⏑⏑⏑⏑– – ⏑–
⏑⏑⏑⏑– – ⏑–
⏑ – ⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑–⏑–
⏑ – ⏑– – ⏑–
⏑ – ⏑– – ⏑–
*⏑–⏑–⏑–⏑⏑–⏑⏑–
–⏑⏑⏑––⏑––* ||

827 *χάρᾳ* Schilling. *χάρα* codd. 835 sq. corrupti *ἔρημα σ'* Herm. *ἔγημας* codd.

Praeter duos corruptos versus claudentes epodi versus optime inter se respondent: sunt enim praeter duos dochmios iambici dimetri huius formae

⏑⏖⏖⏑– | ⏓⏓⏑–

(sic enim dividendum esse certum est, non cum Hermanno Elem. p. 259

⏑⏖⏖ | ⏑ ́ ́⏓⏑– = ⏑⏖⏖ + d)

et trimetri, quorum duo puri sunt, unus e dimetro factus est repetito posteriore membro. Strophae ipsae quoque iambos continent.

16. Suppl. 918—924 astr.

⏑–⏑ – –⏑–⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑–
⏑–⏑ – –⏑– – –
––⏑⏑⏑ –⏑–⏑ – – ⏑–⏑–
⏑–⏑ – ⏑–⏑–
⏑–⏑ – –⏑–⏑ – – ||

918 *δυστυχής σ'* Wil. comment. metr. I, p. 12, quod est conferendum. 920 sq. *ᾠδῖσιν* Wil. *-σι* codd. *τὸν ἐμὸν Ἅιδας* Wil. *Ἀΐδας τὸν ἐμὸν* codd. 924 *τεκοῦσ' ἁ* Herm. *τεκοῦσα* codd.

Meros continet astrophicum canticum iambos Euripidis licentias (cf. imprimis v. 920) prae se ferentes, ceterum nullo modo memorabiles.

17. Troad. 551—567 ep.

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑⏑⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑⏑⏑
⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – |
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑⏑⏑⏑⏑⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑ – ⏑⏑⏑⏑ – – ||

554 Ἄρτεμιν ut glossema del. Seidler.

Distributio facillime perspicitur, 551—559 enim puri dimetri iambici sunt, 560—564 idem secunda brevi unius cuiusque versus suppressa. 565 autem revocat puros dimetros, item 567, qui, cum claudat canticum, paulo variatus est ultima brevi suppressa. Sola vero posita est tripodia dactylica 566, sed ab eodem metro stropha incipit.[1])

Cum stropha epodus coniuncta est, cum illa iambicos dimetros et membrum dactylicum contineat. Finitimorum versuum consensus deesse videtur.

18. Troad. 1287—1301

amoebaeum e meris iambis compositum corruptum est. Videtur autem in stropham et antistropham dividendum esse, quod fecerunt e. g. Seidler Hermann Dindorf Wilamowitz. Quorum huius tentamentum conferendum est in comment. metr. I, p. 18—23.

---

[1]) Nam 566/7 sic sunt dividendi

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏑ – ⏑⏑⏑⏑ – – ||

ut sint similes strophae versibus 518 ∼ 538, non cum Wil. comment. metr. I, p. 31 sic

– ⏑⏑ – – ⏑ – | ⏑ – ⏑⏑⏑⏑ – – ||

ut ab anaclomena dipodia iambica incipiant.

19. Helen. 229—251 ep.

–   – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ –   – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑ –   ⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

–   –   – ⏑⏑⏑⏑| – ⏑ – ⏑ – ⏑–⏑

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑| – ⏑ –   ⏑⏑⏑–

– ⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑ – ⏑

– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –   – ⏑

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑⏑⏑

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

– ⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ||

236 *δυστυχές τε* Herm.; quod probat Blass. *τε* om. codd.

E meris trochaicis versibus epodus composita est; dimetrorum enim et trimetrorum et tetrametrorum variae formae usurpatae sunt inter se respondentes sic:

dimetri 229 ∽ 235, 240 ∽ 241, 247 ∽ 248, 249 ∽ 251.
trimetri 230 ∽ 231, 234 ∽ 238, 239 ∽ 242 ∽ 250, 243 ∽ 244 ∽ 245 ∽ 246.
tetrametri 232/3 ∽ 236/7.

Cum strophis autem coniuncta est epodus per trochaicos trimetros et dimetros. Etiam finitimorum versuum similitudo est haec

228. – – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ||

229.   –   – ⏑ – ⏑ –

20. Hel. 348—361 ep.

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑¦⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

⏑⏑⏑ – ⏑¦⏑⏑⏑ – ⏑

–   –   – ⏑ – ⏑–⏑ – ⏑

⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑
352a. •⏑⏑⏑⏓ – – ⏑•
⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
–   – ⏑ – ⏑ –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – – – ⏑ –   –⏑ –
– ⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑–⏑ –
360/1. – ⏑⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑|–⏑⏑⏑⏑–⏑–||

348 corr. Elmsley. 349 ὑδρόεντι Reiske. ὑδρόεντα codd. 350 εἴ γε Blass. εἰ codd. 355 corr. Hartung. 358 sq. corr. Herm. 359 corr. Matthiae.

Stropham et antistropham corruptam 330—347 excipit epodus trochaeos continens. Quorum multas licentias prae se ferentium hi inter se respondent: trimetri 350 ∽ 358 ∽ 359, dimetri 348 ∽ 349, 351 ∽ 353 ∽ 355, 354 ∽ 357, interiectus est chori monometer 352; 360 et 361 per synlaphiam coniuncti sunt, ut efficeretur tetrameter; 356 hexapodia dactylica est extra numeros posita; videtur autem in se responsum quendam ferre.[1]) 352 a corruptus est.[2])

Stropha autem iambos continet primis syllabis saepe suppressis, non continet dactylos.

Huic epodo se applicat Helenae monodia:

[1]) Non multum interest inter hanc distributionem et Wilamowitzii, Choephoren (1896) p. 260 prolatam.

[2]) Videtur enim scriptura αἰώρημα falsa, contra ἑώρημα recta esse. Nam apertum est hanc vocem cohaerere cum verbo ἀείρω et cum adiectivo μετέωρος; Attici autem, ubi Dores habent -αιω-, legitime praebent -εω- cf. Ἀλκμαίων — Ἀλκμέων. Quare nullum exstat exemplum numeris firmatum, quo cogamur introducere formam non atticam. Apud Euripidem duo substantivi αἰώρημα exempla sunt eaque in canticis astrophicis Or. 983 et Hel. 352 a quorum versuum formae incertae sunt. Contra vox ἑώρα apud Sophoclem O. T. 1264 certissima est (quam tollere Nauck temere studuit). Codices saepius formam per ἑω- incipientem servarunt (e. g. Diod. Sic. 18. 42. Ath. XIV. 618). Apud Pindarum, poetam boeoticum, forma per αἰω- scripta recte occurrit Pyth. I. 9. Quod in sermone pedestri saepissime (e. g. apud Platonem) invenitur nullius est momenti. Videtur ergo forma ἑω- Atticis sola convenire.

21. Hel. 362—385 astr.

⏑⏑⏑ – – – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – –⏑–⏑⏑⏑⏑–
⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑
⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑
*⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑⏑*
⏑⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑–⏑–⏑–⏑ – ⏑–
– ⏑⏑⏑⏑ – ⏓ |
⏑ – ⏑– – –
⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑⏑–⏑
⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑⏑–⏑
⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑
– ⏑ – ⏑ – ⏑––
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– – – ⏑ ⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
– – – – –⏑⏑– –
–⏑⏑– – –⏑⏑– –
– – – – ⏑⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– – –⏑⏑– –
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑⏑–⏑ – –||

362 *ἰὼ ἰὼ* Dind. *ἰὼ* codd. 366/7 corrupti; multas coniecturas invenies in Weckleini Appendice. 371 *ἐκελάδησεν ἀνοτότυξεν* Blass. *κελάδησε κἀνοτότυξεν* codd. 380 corruptus *ἄχθεα* coni. Hermann. *ἄχεα* codd.

Prima monodiae parte trochaei praecedentis epodi continuantur, intermixtis iambis. Sunt autem trochaici dimetri 362 ∽ 364 ∽ 365 a ∽ 366 (corrupti); 367 ∽ 369 (catalectici). Hic periodi finis est, quare qui sequitur versus iambicus est; sed redeunt trochaici dimetri. 371 ∽ 372, 373, 374. Cingunt autem dimetri trimetrum trochaicum 365, cui severe nihil respondet. Sed totus locus 364—366 sanus esse non videtur. Inserti autem trochaeis duo trimetri iambici sunt 363 ∽ 368.

Sequuntur metra dactylica: 7 tetrapodiae (nam 380 corrupta tetrapodia esse videtur) duae hexapodiae 375 ∽ 382 (quae divi-

dendae esse videntur in binas tripodias), pentapodia 376. Claudit dactylos totamque monodiam dimeter iambicus 385.

22. Phoen. 676—689 epodum.

quae sequitur, non delineo, cum simplicissimos [1]) contineat trochaeos simplicissimos iambos cingentes. Stropha autem eadem metra continet; finitimi versus similes sunt.

23. Phoen. 1710—1757 astr.

⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓
⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ – ⏑ –
205. *γόων λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ*
βοᾶ τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον·

θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦ —
σα[1]) *Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν, ἅ νιν ἔβασεν*
Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον
δι' ἅλα μύχιον ἐφ' ἁλμυρὰν
πόντου κλῇδ' ἀπέραντον.

i. e.:

⏑ – – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ –
– – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – ⏑ .

Incipit igitur epodus a trimetro iambico, qui non habet, cui respondeat, ut saepius et in initio et in fine fit. Reliqui versus perspicuam habent responsionem: enhoplius et brevis versus anapaesticus bis positi sunt, dimetrus iambicus ter iteratus. In ipsis tamen metris iambicis accuratiorem desideramus responsionem, cum ad arbitrium syllabae longae videantur solutae esse.

Sentimus, quantum addidicerit poeta, cum ex hac compositione progrediamur ad Supplicum iambos artificiose confectos. Priusquam cantica soluta, quae sunt sub finem, pertractemus, duos velim respiciamus chori cantus, qui non minus bene ostendant, quanta elegantia poeta illis temporibus usus sit in componendis carminibus.

Suppl. 71. Imprimis tertia parodi Ionicae stropha iambica curae mihi est, cum tota stropha adhuc nondum sanata in diem fere ab editoribus magis etiam mutiletur atque corrumpatur, qui etsi quale sit metrum ipsi ignorent, tamen ad id metrum perturbatum etiam alteram stropham redigant. Sic in versu altero ipsius strophae metrum optime decurrit:

⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –,

antistrophi metrum quod sit, nemo intellegit:

⏑ ⏖ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –

[1]) Articulum *τάν* Brunckius recte delevit.

Quod tamen etiam in stropha restituitur:

διάδοχος ἀχοῦσι⟨ν⟩ προ[σ]πόλων χέρας.

Hermannus autem emendandi quidem viam iamdudum indicavit. Nam quis est metrorum peritus, quin intellegat corruptelam inesse in vocabulo *ἀλιβάτου*? Hermanni coniectura *ἁλιβρόχου* quamvis non certa numeros bene restituit. Iterum mendum nondum sublatum est in vv. 76 sq. Inepte enim dicit chorus: „Per genam unguem album cruentate et cutem sanguineam.“ Sensu flagitatur *ὄνυχι λευκόν*, cum illud *φόνιον* praedicative debeat positum esse: „Cruentate ungue cutem albam, ut sanguine manet!“ Sic optime particula *τε* deleta sensus restituitur. Sed metrum cum nondum recte fluat, Kirchhoffius interiectionem ἒ ἒ in antistropho suppletam esse ab homine „metrico“ bene cognovit. (De eiusmodi supplementis cf. imprimis Alc. 213. 226) Quare post *φόνιον* et *πάθος* lacunae statuendae sunt:

⌒ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ (– ⏑ –)

Subtili elegantia carmen compositum esse ex hoc numerorum cursu apparet:

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
{ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
{ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
{ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
⏑⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ (– ⏑ –)
⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –

Numeris allicimur, ut etiam versum paenultimum dividamus:

⏑⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑⏑ ⏑ (?),

ut discindere solent editores hos versus. Tamen eo modo meris iambis trochaeorum species conciliatur, quod in carmine iambico, nisi causis gravissimis, fieri vix potest.

Suppl. 616. Alterum, de quo breviter agam, carmen est Suppl. v. 616 sqq., quod optime traditum est. Nihil fere mutandum, iam de lectionibus non certatur. Tamen miram quandam congruentiam, quae efficitur metrorum numeris, nemo, ni fallor, adhuc observavit. Incipit enim alterum hemichorium a sex metris iambicis (quartum per anaclasin inflexum), finem autem

facit alterum eodem metrorum numero, media sunt novem metra. Subtilis est aequitas, tamen sine dubio non fortuita, modis magis etiam expressa. Alia consona, quippe quae suaviter accedant ad aures, eum qui attente legat versus, non effugiunt, ut primae ultimaeque periodi fines:

θεᾶς ὕδωρ λιποῦσαι =
τᾶσδε γᾶς ἀνάκτα,

seu v. 622 sq.:

– – – | – ⏑ –
– – – | – ⏑ –

ant. v. 630 sq.:

⏑ – – | – ⏑ –
⏑ – – | – ⏑ –,

seu etiam solutae primae theses in v. 623 sq.:

⏖ ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ –.

Talia qui observat, multo magis etiam admiratur poetae artem qua carmina sic congruentia et pulcra composuerit.

Suppl. 824. Iam redeamus in ipsam viam. Nullam responsionem strophicam habet epodus cantici iambici a v. 824. Qui sit sententiarum ordo, facile cognoscitur, lectio non praebet difficultates. Singula cola et personarum vicissitudine et concentu necessitate quadam dividuntur.

Adr. ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏖ ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – – [⏓ –][1])
Ch. ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏖ ⏑ –
Adr. ⏑ – ⏑ – | – –
{⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏑ –
{⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ | ⏑ – ⏑ –
Ch. {⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
{⏑ – ⏑ – | – ⏑ –

Finem corruptum tam facile non puto restitui posse quam Her-

[1]) Vocabulum *τέκνων* ut supervacaneum delevi, cum semiiambus nullus sit. Sed dubito, an maior insit corruptela.

mannus fecit. Qui certe ex similibus constabat iambis (v. 835: *δώματα λιποῦσ' ἦλθ' Ἐρι-νύς* = – ⏖ ⏑ – | – ⏑ –). Praeter illum exitum compositionis lex, si dimetrum iambicum littera a, trimetrum littera b significamus, haec est:

aa
b
a
a
aa
b
aa

Accuratius etiam respondent primus versus et quartus, syllabatim ceteri, qui coniuncti sunt:

v. 829: ⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏑ –
⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏑ –
v. 832: ⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – ⏑ –

Qui omnes similes sunt.

Eam metrorum responsionem consilio, non casui tribuendam esse non solum ex hac epodo, sed ex toto cantico apparet. Nam si plenum metrum littera a, id, in quo prior suppressa est syllaba brevis, littera b, in quo altera, littera c significamus, priorum stropharum forma haec est:

I. × (prooem.)
a bb a
781. ⏑ – ⏑ – | – –
aba
aaa
784. b aa b
c
II. a bb a
800. aba
a
c
aa
aa
v. corr.

805. a b a
b a (interi. secl.)
a a b
×
809. a a b
c

Suppl. 918. Breve chori canticum solutum, quod incipit a v. 918, non audeo ut exemplum afferre; nam gravissimis laborat corruptelis. Forma, quae libris traditur, metro non toleratur. Wilamowitzius (in Comm. metr. p. 12) restituisse sibi visus est pristinum metrum, sed numeros effecit, quales in strophis fortasse reperiuntur (neque vero in Suppl., quorum cantica quam eleganter composita sint, modo demonstravi), non in carmine monostropho:

⏑–⏑–|–⏑–|⏑⏖⏑⏖|⏑–⏑–
920. ⏑–⏑–|–⏑–|––
––⏑⏖|––⏑⏑[1])|⏑⏖⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–|–⏑–|⏑–⏑

Neque enim in ulla fabula tam incomposita inveneris. Quare graviora sunt menda, quae eo difficilius sanantur, quo minus sententiarum ordine adiuvamur.

Hipp. 1142. Neque in Hipp. epodo, quae incipit inde a v. 1142, metra sine ullis salebris fluere videntur, quae tamen ab eodem Wilamowitzio hoc quidem loco omnes fere sublatae sunt, ita ut compositio perspicua sit. Respondent enim inter se primus et ultimus versus, qui tetrametri sunt iambici, deinde tres dimetri, qui primum sequuntur, postremo duae tripodiae dactylicae, quae paenultimo loco positae sunt. Quare figura haec est:

⏑–⏑–|–⏑⏑–|⏑⏖⏑–|–⏑–
⏑ – ⏑ –|⏑–⏑
1145. –⏖⏑⏖|⏑–⏑
– ⏑ –|⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑
––⏑–|––⏑–|– ⏑ ⏑–|⏑––

[1]) Syllaba hoc loco producta abhorret ab Euripidis arte metrica. Cf. alteram huius dissertationis partem (De trimetris iambicis).

Editores permulta mutarunt, cum iamborum anaclasin ignorarent, Weckleinius, falsissime cum diremisset versus, et metra et numeros perturbavit: nullus est versus


ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ δάκρυσι διοίσω

et alius generis esse videntur hi

πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα,
et *μανίῳ θεοῖσιν,*

quamquam omnes optime ad iamborum rationem redigi posse vidimus. Quando viri docti eam syllabarum metrorumque colluviem arbitrari desistent dignam esse poeta Graeco! Unus quisque protinus concedat illam quam supra Wilamowitzium secutus proposui componendi rationem simplicissimam optimamque esse. Quomodo haec epodus coniuncta sit cum strophis, quomodo metra per eas perducantur, Wil. recte cognovit (cf. Hipp. p. 229). Quibus rebus commotus hanc epodum hic demum inseruerim, et ex eis, quos tractavimus, locis et ex eis, de quibus infra agemus, intellegitur. Nam numeri tam artificiosi sunt, ut vix credam eos iam ante Medeam confectos esse.

Veteres simplices leges secutus est Euripides in epodo Troad. 551. Neque enim quae sit congruentia diligenter quaerendum est, sed per se cognoscitur, cum versus consoni aliis non dirimantur, sed statim iterentur. Quare etiam lectio ut raro in Euripidis fabulis sana est. Unum verbum *Ἄρτεμιν*, quod inepte additur et metra perturbat, Seidlerus iamdudum delevit.[1]) Numeri hi sunt:

555.


[1]) Idem nomen ab interpolatore additum in Phoen. 192, ubi res similis est.

⏑– – |⏑ – ⏑ –
⏑– – |⏑ – ⏑ –
⏑– – |⏑ – ⏑ –
⏑– – |⏑ – ⏑ –
⏑–⏖ |⏑ – ⏑ – [1]
⏑– ⏑ –|⏑⏖⏑⏖
–⏑⏑–⏑⏑– [2]
⏑–⏑⏖|⏑– –

Quo modo singula cola dirimenda sint, in iambis tam meris difficile est diiudicatu. Cum constet ipsos poetas carmina ut nos in singulos versiculos non divisisse, librorum auctoritas nihil valet. Certa igitur ratione nisi hiatu aut syllaba (ancipiti) brevi versus non secernuntur. Sententiarum incisio momentum quidem affert, tamen non certum. Quam rem saepe nos fallere ex Suppl. v. 373 optime intellegitur:

καλὸν δ' ἄγαλμα πόλεσιν εὐσεβὴς πόνος
χάριν τ' ἔχει τὰν ἐς αἰεί. τί μοι
πόλις κρανεῖ κτλ.
=*ἄμυνε ματρὶ πόλις ἄμυνε Παλλάδος*
νόμους βροτῶν μὴ μιαίνειν. σύ τοι
σέβεις δίκαν. κτλ.,

ubi versus post *αἰεί* finiebatur, etsi nullum omnino est metrum tolerabile, dum Wilamowitzius (cf. Comm. metr. I, p. 11 sq.) rectam rationem invenit. (Weckleinius postea etiam falsa retinuit.) Quamquam in ea, quam pertractamus, epodo non assentior editoribus, qui sententiam ducant post concinnitatem, cum ter medio in verbo versus dirimant. Praeterea, si dividimus, ut ego feci enuntiatorum finibus commotus, prohibemus, ne versus semper

---

[1]) Forma est observanda. Qua refellitur Wilamowitzii opinio, quam protulit in Herc. II, 26 (catalecticum metrum non tolerare solutas longas) Versum sic recitandum esse (non ⏑–⏑⏖|–⏑–) et ex numeris et ex incisione apparet. Concedo alia exempla me non invenisse. Sed cf. p. 43.

[2]) Versus minime est dactylicus, sed dimetrus choriambicus, cum aequabiles modi hoc uno loco nullo modo possint interrumpi. Quem incisionem secutus hoc modo velim recitare:

–⏑⏑⏔|–⏑⏑– non –⏑⏑–|⏑⏑–)

eodem modo conformati lentius aequabiliusque ad aures accedant quod Euripides ea aetate, qua ultimas docuit fabulas, certe non iam voluit.

Troad. 576. Appono figuram cantici alterni, quod sequitur et bene comparatur cum epodo 551 sqq.:

I. ⏑ – – | – ⏑ – | ⏑ – –
– – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –
– – – | – ⏑ –
– – – | – ⏑ –
⏖ ⏑ – | ⏑ – – (= 590).

II. ⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – [1]
– ⏑ – | ⏑ – –

El. 476. Cum epodus inde a v. 551 permagnam praebeat versuum aequabilitatem, iam in Electra duobus annis post epodum invenimus brevem multo difficilius compositam: v. 476 sqq. Etiam carmine quod antecedit, cum e glyconeis liberis et contortis constet, qui abhorrent a vetere simplicitate, novorum lyricorum auctoritatem sequi poetam demonstratur. A glyconeis ad iambos transit poeta hexametro heroico et hoc trimetro:

⏑ – – | – ⏑ – | ⏒ ⏖ ⏑ –

Deinde sequuntur:

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ –
⌒ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – [2]
⌒ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –

Duo inserta sunt membra, quae dactylica videntur esse. Metrum certum est:

– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – – –

[1]) Idem versus qui 566. Incisio impedit, quominus eodem modo recitetur. Una longa syllaba etiam in meris choriambis (sive Ionicis, qui cognati sunt) saepe adeo producitur, ut duas aequet tritas longas.

[2]) Herm.: ἔκανεν ἔκανε.

Emendare conati sunt librorum lectionem Nauckius et Schenklius, quorum alter ἦ μὰν, alter ἦ σὰν scripsit, quod utrumque tolerari potest. — Tum rursus:

485. ⏖ ⏑ ⏖ | ⏖ ⏑ –

et finem facit hoc membrum:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – –

Quare mediae partis figura haec fere est:

3 a
2 b
a
b

Singula cola non plane eadem sunt, sed simillima.

Hel. 229. Multo artificiosius parodi epodus in Hel. a. v. 229 composita est, quae falsissima distinctione ab editoribus solet perturbari et mutilari, etsi de scriptura paucae restant dubitationes. Numeri ut recti sint, apparet interiectionem φεῦ φεῦ, quae initio posita est, ab ipso metro secludendam esse (etsi raro illud φεῦ sic posuit poeta). Alio modo nemo versum potest recitare; nam quid sibi velit dochmius plenus ⏑ – ⏑ – ⏑ – (de hoc versu v. infra) in initio, qui per se stare non potest, sed eis tantum locis adhibetur, quibus traducat sermonem a dochmiis ad aliud metrorum genus, maxime ad iambos, equidem non intellego. Numeri igitur incipiunt a tetrametro iambico, cuius primum et ultimum metrum integrum est, media suppressa brevi ornata, ut figura sit: abba. Altera huiusce versus pars statim iteratur et spondeo terminatur. In syllabis autem solutis per totum canticum certa non est congruentia, in qua re, cum saepius inveniatur, offendere non possumus. Si id tenemus, tertium cognoscimus versum e primo deductum esse omisso denuo uno metro, ultimo iterato. Versus igitur optime ex sententiarum incisione dividuntur verbis: χθονός, πεύκαν, συναρμόσας, et usque ad senarium numeri hi sunt:

interi.
230. ⏑ – ⏑ – || – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏖ ⏑ – | ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – – –
– ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Post trimetrum, qui in se ipso responsionem habet, denuo eaedem formae occurrunt. Initium facit iterum altera primi versus pars, quae quasi totius carminis elementum est. Versus, qui sequitur, a Kirchhoffio iure damnatus est, ut inepte exscriptum ex v. 27:

τοὐμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυστυχές.

Eo puerili modo Euripides numquam in ulla fabula se ipsum imitatus est. Versus sq., cum duos contineat creticos, i. e. illius elementi iambici, quod modo nominavi, prius metrum iteratum, in se ipso respondet. V. sequentis prima pars eadem est ac v. 235, quae uno metro augetur, ut hos versus sic scribam:

235. – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏖ ⏑ –
– ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Versus, qui sequitur, corruptus est; vocabulum *Πριαμίδαις* Nauckius recte, ut interpolatum, delevit, tamen lacunam utique statuere debemus Wilamowitzium secuti, vix maiorem; sed unum metrum, quod deest, ut idem efficiatur versus, qui prior, explevisse puto verba, quae exciderunt. Responsio autem etiam ex verbis traditis manifesta est. Tamen quae sequuntur, multo etiam pulchriora sunt:

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –,

i. e. idem elementum, quod confestim iteratur:

ἃ δὲ χρυσέοις θρόνοις . . .

Sequitur quater idem versus, qui tertius; primus catalexi variatur; insertus est senarius:

⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
245. ⏖ ⏑ ⏓ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Talia nemo in carmine strophico ponere ausus esset, sed ex una solutorum carminum compositionis lege intellegi possunt, cum eis canticis non etiam antistrophus respondeat, qua aequabilitas augeatur usque ad satietatem.

In colis sqq. poeta ex elemento iambico dimetrum trochaicum commodum in modum fingit, ut aliquo modo variet. Quem

videlicet bis poni nemo miratur, qui quomodo canticum compositum sit, perspexerit. Finem facit elementum, quod totum per carmen observavimus, bis positum inserto trimetro trochaico, qui coniungendus est et cum trochaeis, qui modo antecedunt, et cum trimetro, quem in initio invenimus. Cuius nimirum partes non ultra egent membris paribus. Finis igitur hic est:

```
       – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
       ⏑⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑⏑⏑ ⏑
250.      ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
       ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ | ⏑⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
          ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
```

Carmina tam ingeniosa arte composita propria sunt ultimae poetae periodi, qua sententiarum copia deminuitur, dissolvuntur chori cantica ab ipsa fabula ita, ut comparari possint cum gemmis, quae, insertae monili, quamvis pulcrae non cohaereant cum eo. Poeta autem ipsius formae amoenitate, numerorum sonitu delectatur atque delectat; admiratio enim nos capit, quam ingenti formarum copia ut velit utatur, quomodo sensim, gradatim, numquam fere saltuatim alium versum ex alio deducat, ut satietatem vitet, harmoniam autem servet.

Hel. 330. Quantopere poeta ipse his compositionibus dithyrambicis delectatus sit, ex eo intellegitur, quod paulo post in eadem fabula canticum quinquaginta versuum strophis caret, et iambis compositum est simillimis eis, quos modo pertractavimus. Tam longae partes solutae in vetustioribus fabulis numquam inveniuntur, et apparet eminetque in iis senis poetae ingenium. Neque enim quisquam eiusmodi partes, si de qua re disputemus, cognoverit, facilius aut neglegentius dixerit compositas.

Helenae canticum alterum alternis dicunt Helena et chorus seu potius coryphaeus. Numeri tam aperti sunt, ut prima quidem pars omnis fere sana reservata sit. Bene mihi videtur Nauckius in v. 332 vocabulum *οἴκων* (seu *δόμων* rec. m.) delevisse, ut trimetrus efficiatur (= 342):

```
330.    ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –      a
          – ⏑ – | ⏑  ⏑ –       b
```

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – a

Altera periodus ab alieno versu, a dochmio interiectione anteposita exorditur. Cuius modi versus extra numeros positi concedendi sunt neque in formulam redigi possunt. Fieri etiam potest, ut versum eodem modo recitemus, quo Troad. v. 562 (cf. p. 15); quamquam ne sic quidem ultra progredimur, cum etiam hic versus non habeat, cui respondeat. — Deinde versus a b sequuntur, qui a coryphaeo vice versa continuantur, ut figura extet abba.

Tertia periodus iterum variatur interposito trimetro 342/3, quem iure non puto dividere editores in duo hemistichia, praesertim cum optime respondeat versui 332. Caesura autem admodum dura medio in versu, quamvis alliciat, momentum afferre non potest, cum versum ⏑ – ⏑ – ⏑ – nisi ex dochmiis deducere nequeamus. De scriptura mihi non videtur dubitari posse. Tota igitur periodus hac est forma:

340. a b
trim.
b b b
347. a

Iam multo difficiliora occurrunt. Initium faciunt duo dimetri trochaici deducti e versu b, ut iam supra vidimus. Longae usque solutae animum anxium turbulentumque depingunt.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ | ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑
⏑⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑⏑ ⏑ – ⏑

Quae sequuntur, nonnullis viris doctis ne sensum quidem praebere visa sunt. Qui totum locum excitatissimum esse neglexisse mihi videntur. „Te invoco, te testor, Eurotam flavum arundine aquatica: si ista fama mortui mariti vera est —“ Ch: „Quae ista obscura“ vel etiam „dementia“. Duae causae chorum commovere potuerunt ut ea insereret. Helenae enim verba etiam sic quispiam potest interpretari: „Te invoco, ex te quaero, num ista fama vera sit.“ Quae re vera obscura, inepta sunt. Deinde etiam

fieri potest, ut coryphaeus optime intellexerit, quid Helena dictura sit: „Si ea vera sunt, mortem mihi consciscam quocumque modo.“ Quae si ita sunt, ab impietate eam arcere voluit coryphaeus verbis *τί τάδ' ἀσύνετα*. — Finem huius enuntiati admodum contortum esse concedo. Qui aliquo modo commodior fit, si non secundum editores post *ὄρεγμα*, sed post *σφαγᾶς* distinguimus, ut *ὀρέξομαι* cum utroque membro coniungatur. Etsi sensus in universum sine dubio retinendus est, nonnullas exiguas corruptelas inesse numeris aperte demonstratur. E quibus unam Elmsleyus satis recte observavit, qui *χλωρόν* in v. 349 duplicaret: *χλωρῷ χλωρόν*, ita ut trimetrus trochaicus efficiatur, qui in parte trochaica bene respondeat trimetro iambico inter iambos v. 342. Tamen omnia haec non plane certa sunt. Etiam reliquorum versuum metrum claudicat:

⏑⏑⏑ – | ⏑ – ⏑ –
Ch. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑
Hel. ⏑⏑⏑ – – – ⏑
⏑⏑⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ –

Dochmius vix rectus est, primus quartusque versus sani sunt. Sequitur hexametrus heroicus. Versus, qui finem faciunt, quamvis corrupti, qui fuerint, numeri ostendunt. Fistulas hoc loco commemorari, quibus canere solet Paris ut omnes pastores, mihi optimum videtur, etsi intellego, quae causae Badhamium commoverint, ut mutaret. Tamen omnes coniecturae tam graves sunt, ut potius Hermannum sequar, qui scripsit *συρίγγων ἀοιδὰν σεβίζοντι*. Fieri potest, ut nonnulla exciderint. Sin minus, numeri hi videntur esse:

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏓ | – ⏑ – ⏓
– ⏑ ⏑⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

Terminatur coryphaeus periodum versibus iambicis, qui ex carminis initio noti sunt:

– ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –

In versibus, quibus Helena sola cantico finem facit, numeri rursus optimi sunt, cum ipsa verba multo melius tradita sint:

⏑ –   – | – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ –

Prooemium est, cuius membra inter se aliquo modo respondent. In vv. sqq. Bothius recte verba *δάκρυα δάκρυσι* ut ex v. ant. huc illata delevit. Itaque tota pars ex illis dimetris trochaicis constat, de quibus supra diximus, et unus finis redit iterum ad iambos:

⏖ ⏑ – ⏑ | ⏖ ⏑ ⏖ ⏑
365. ⏖ ⏑ – ⏑ | ⏖ ⏑ ⏖ ⏑
⏖ ⏑ ⏖ ⏑ | ⏖ ⏑ ⏖ ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ ithyph. clausula.

Incredibili socordiae tribuendum est, quod Weckl. et alii versum post *ὤλεσαν* distinguunt; nam is versus omnino nullus est. Cum ego dirimo *ὤλε — σαν*, non totum „versum" hic finiri dico, qui numquam medio in verbo finiatur, sed solum versus membrum, ut omnes partes, quas nos, ut respondentes, versus appellamus, nihil sunt nisi eiusmodi cola seu membra.

Periodus, quae sequitur, valde corrupta est. Sensus apertus est, metra numerique nullo modo. Neque equidem quicquam dicere audeo de primo versu; fieri potest, ut sic recitetur:

⏑ – ⏑ – | – –

Vv. sqq. trochaici sunt, ut Paley recte cognovit (Librorum scripturam nemo legere potest):

371. ⏖ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
⏖ ⏑ – ⏑ | ⏖ ⏑ – ⏑
⏖ ⏑ ⏖ ⏑ | ⏖ ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

Subito deinde ad dactylos transit poeta. Omnis periodus uno tenore nulla catalexi admissa usque ad finem perducta est. In eiusmodi versibus negare debemus ultra nos posse versus

dirimere, nisi catalexi aut aliis manifestis causis eo adducimur. Editores ad arbitrium solent seiungere versus, nulla vetere regula, nullo certo argumento commoti. Habent sane ii versus, praesertim cum ne ulla quidem catalexi interrumpantur, cum quadraginta quinque continua decurrant metra, per se aequabilem fluxum, per se responsionem. — Coniungitur haec periodus cum eis, quae antecedunt, ultimo versu, quo clausula paenultimae iteratur.

Phoen. fin. Poetam his temporibus praeter omnia illis carminibus iambicis studuisse Phoenissis affirmatur. Primum tractemus velim totius fabulae finem, qui constat ex quinquaginta fere sex versibus solutis. Etiam hoc loco librarios ut in parte lyrica tam rectas servasse lectiones ex ea una re intellegitur, quod quamvis numerorum inscii tamen sentiebant eos versus aliquo modo inter se respondere. In prima periodo, quae usque ad v. 1717 pertinere videtur, unus v. 1715 metro non toleratur. Iam qua ratione libri inter se differant, affert iure dubitationes. Habent enim haec: *σὺ* (deinde *μου A, μοι E,* reliqui omittunt) *ποδαγὸς ἀθλία* (*ἀθλίου A*) *γενοῦ*. Primum apparet *μοι* sive *μου* interpolatum esse, deinde metro postulatur, ut etiam *σὺ* deleatur, qua ratione optime restituitur Oedipodis brevis et abrupta locutio.[1]) Metrum sic rectum est. Praeterea facere non possum, quin cod. *A* scripturam *ἀθλίου* multo optimam habeam. Oedipum se ipsum, non Antigonam hoc loco miserum vocare sensu mihi flagitari videtur.

Numeri eius periodi hi sunt:

A: ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –
O: ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
A: ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

seu si litteris utimur:

[1]) Ebelingius (l. c. p. 52) pro *γενοῦ* scripsit *γένοιο* (v. 1712 = 1715).

a b a
b b
b a

Versus, qui sequitur, corruptus est. Idem videtur fuisse qui alter, fortasse etiam recte Dindorfius maiorem statuit lacunam. Deinde facillimi sunt numeri:

1720.
— ◡ — | ◡ — ◡ —
— ◡ — | ◡ — ◡ —
— ◡ — | ◡ ◡◡ ◡ —
— ◡ — | ◡ — — [1] (fort. ithyph.)

ἰὼ ἰώ,

— ◡ — | ◡ — ◡ — [2]
◡ — — | — ◡ — | ◡ — ◡ —

1715.
ἰὼ ἰώ,
— ◡ — | ◡ — —
◡ — ◡ — | — ◡ — | ◡ — ◡ —
— ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ ◡◡ ◡ —
◡ — ◡ — | ◡ ◡◡ ◡ —
◡ — ◡ — | ◡ ◡◡ ◡ —

1730.
— ◡ — | ◡ — —
— ◡ ◡◡ | ◡ — —

Quos versus vidèmus minutatim fere respondere, plerumque proximi, nonnumquam ii, qui aliis iterum similibus divisi sunt.

A trochaeis incipit Antigona longiorem partem. Quater idem versus iteratur, semel spondeo graviter finitus, finem autem facit ithyphallicus. Deinde duo iambici trimetri sequuntur, quorum alter catalecticus est. Versus, qui optime terminatur, facile in duas partes dividitur:

ἀπαρθένευτ' | ἀλωμένα.

---

[1] ἔχων del. Hermannus.

[2] Fortasse quispiam coniunxerit interiectionem cum numeris secundum Tro. 562, ut ter idem efficiatur versus:

◡ ◡◡ — | — ◡ — | ◡ — ◡ —
◡ — — | — ◡ — | ◡ — ◡ —
◡ ◡◡ — | — ◡ — | ◡ — |

Finem faciunt horum versuum duo versus iambici et ithyphallicus. Iambi usitatam habent formam:

–⏑–¦⏑–⏑–,

ithyphallico autem, qui idem in v. 1746 tertium positus est, totum carmen optime continetur.

Vv. sqq. corrupti sunt. Certam emendandi viam me indicaturum esse persuasum habeo in dissertatiuncula, quam incripsi „De trim. iamb.“ Hoc loco id unum monuerim membra *συγγόνου θ' ὑβρισμάτων* et *νέκυς ἄθαπτος οἴχεται* eodem modo inter se respondere, quo

εὐκλεᾶ με θήσει
et *σκότια γᾷ καλύψω*

(similes sunt v. 1720 sq.:

–⏑–|⏑ – ⏑–
–⏑–|⏑⏖⏑–).

Quae sequuntur, simplicissima sunt et optima: Oedipus semper plenos habet dimetros, in Antigonae contra parte prima syllaba suppressa est, ut haec efficiatur perspicua figura:

1747. a b
a b
a a

Antigona his versibus totius carminis finem facit:

– – – –
⏖–⏖ –
⏖–⏖ –
1755. ⏖–⏖ –
⏖⏑⏖⏑
⏖⏑ – ⏑
⏖⏑⏖⏑
– ⏑–⏑–⏑

Versiculum, quem hac aetate sescenties videmus a poeta adhibitum: –⏑–⏑–⏑– semper ut dimetrum iambicum recitavi, etsi saepe vidimus dipodiam trochaicam his versibus inseri et his solis fulciri. Optime enim Wilamowitzius in Herc. II² p. 28

demonstravit, quantum differret ab ipsis trochaeis, quales Aeschylus confecisset, id metrorum genus, quod postquam irrepsit in fabulas, brevi tempore omnia alia opprimit, imprimis in Phoenissis principalem habet locum adeo, ut grammatici metrum simpliciter nominarent Euripideum. Atque quis est, quin commoda permulta id metrum intellegat praebere? Tamen quae in canticis solutis pulchra, necessaria sunt, in strophicis facile fiunt ieiuna, aequabiliorem efficiunt lentioremque fluxum, immo satietatem. Quod periculum poeta in unis ni fallor Phoenissis non modo non fugit, sed nonnumquam paene in eo periit. Quam rem, ut illustrem, parodi alteram stropham, quae exemplum est insigne eius metri, brevi perscribam:

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– – – – – – –
– ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ ⏑⏑
⏑⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | – –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Quos versus vix quisquam artificiosios dicat.[1])

[1]) Hac aetate etiam in canticis strophicis artificiosas extare formas hoc earundem Phoen. exemplo demonstratur:

1018 sqq. ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ a
– ⏑ – ⏑ – – b
⏑ – – | – ⏑ – x
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – c
– ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – d d d
– ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – c (=c)
– – – | – ⏑ – x
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – e

Phoen. 675. Epodus Phoen. 675 sqq., quam hic inseri opus est cum sit astrophica, non aeque eo vitio laborat. Ex eis, quae modo dixi, non mirum est etiam hoc loco idem metrum praevalere, quod in carmine antec. (Cf. v. 638. 39. 42—44. 46. 48. 51. 52. 56.) Lectio sana fere est. Versum 688 Hermannus emendavit, cum scriberet *ἄμυνε* pro *αμυναι*. V. 686 autem nondum tolerabili modo correctus est. Aliqua interpolata ideoque delenda esse apertum est, cum versus videatur fuisse dimetrus. Augentur autem difficultates, quod etiam v. sq. durus est, nisi primas syllabas metrum iambicum ducis utraque brevi suppressa, ut reliqua pars ipsum „metrum Euripideum" sit:

⌴ ⌴ | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Quae si recta sunt, versus antec. hic mihi videtur fuisse:

πάντων Γᾶ τροφός,
= *Δαμάτηρ θεά*

⌴ ⌴ | – ⏑ –,

i. e. idem metrum Eur. duabus syllabis suppressis. — Deinde non ut Weckleinius dimetros eiusdem generis dirimere possumus, cum sic versus 679 unus restet:

⏖ ⏑ – | ⏑ – –	b b
⏖ ⏑ – | ⏑ – –	
⏖ ⏑ ⏖ ⏑ | ⏖ ⏑ ⏖ ⏑	a
⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – –	b b
– ⏑ – | ⏑ – –	
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	c c
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	
– ⏑ – | ⏑ – –	b
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	c c
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –	
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑	a a
⏖ ⏑ – ⏑ | – ⏑ –	
– – – | ⏑ – –	b b
– – – | ⏑ – –	
⏖ ⏑ ⏖ ⏑ | ⏖ ⏑ – ⏑	a a + spond.
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – | – –	

ἐκάλεσ' ἐκάλεσα βαρβάρῳ βοᾷ, qui per se stare nequit. Immo versus post *Ἔπαφον* et si velis post *ἐκάλεσ'* terminantur, ut hi pleni iambi sint (praeter medium):

– – ⏑ – | ⏑ ⏕ ⏑ ⏓

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Deinde:

⏑ – – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

? ⏗ ⏗ | – ⏑ –

⏗ ⏗ | – ⏑ –

⏗ ⏗ | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Or. 982. Ab his Phoenissarum carminibus cum ad Orestem transeamus, liberiores fieri rursus numeros videmus, etsi ipsa res eadem manet. Etiam tum in poeta studium et amor compositionum solutarum fuit. Conspiciamus enim Electrae canticum a v. 960, in quo pro paucis versibus strophicis epodus triginta versuum ingens videtur esse. Stropharum versus neque certis regulis compositi neque ullo modo egregii sunt. — Epodus, cum difficiliores sint numeri, nonnullos praebet librariorum errores, qui omnes fere sublati sunt. Interpolatum autem nihil est, ut Burgesius, Nauckius, Weckleinius putarunt. Primi versus Euripidei sunt, si quis alius. Atque quis est, qui exemplis probet interpolatores usquam verba ut *αἰωρήμασι πέτραν* (*αἰωρήμασι* non solum id quod suspensum est, sed etiam ipsum statum significare posse nemo audeat negare uno Anthol. loco commotus. Cf. *αἰώρησις*) aut *φερομέναν δίναισι* inseruisse, praesertim cum ad metrum optime quadrent. Quod Nauckius et Weckleinius neglexisse videntur; nam ea una causa puto eos mutavisse. Tamen qui numeri meliores esse possunt quam hi:

```
⏑–⏑–| – ⏑ –
⏑–⏑–|⏑⏑ ⏑ –
        (⏑ ⏑⏑⏑– Herm.[1])
⏑–  –|⏑⏑ ⏑ –
          ⏑⏑ ⏑ –––⏑ (per syniz.)
          ⏑⏑ ⏑ –––⏑
           – ⏑ –⏑––
```

Non iidem sunt versus, sed simillimi, et confestim videmus consilio bis ternos versus coniunxisse poetam. Tamen periodus hoc loco nondum finiri videtur. Sequuntur enim haec, dummodo librorum sequamur auctoritatem:

```
⏑–   –|  –⏑⏑⏑|⏑–  –
          ⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑⏑⏑⏑⏑⏑|⏑⏑⏑⏑⏑⏑|⏑–⏑–
               –⏑–⏑––
⏑–   –|  –⏑–|⏑–  –
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑⏑⏑⏑⏑⏑|⏑–⏑–|⏑–  –
       ⏑–⏑–|⏑–  –
               –⏑–⏑–
               –⏑–⏑–
               –⏑–⏑–
       –⏑⏑–|⏑––
```

Quae syllabatim respondent (praeter longas solutas), uncis coniunxi, similia hac figura exprimuntur:

```
a a a
b b b
 c a
 c b
c c c
    a
d d d
    a
```

Etiam in ceteris versibus exigui librorum errores iamdudum emendati sunt. Satis igitur est numeros perscribere:

---

[1]) Qui τε addidit.

995. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – [1]
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏖
⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖
⏖ ⏑ – ⏑ – – (? – ⏑ ⏑ – | ⏑ – –)

1001. ⏖ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | ⏖ ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑
⏖ – ⏑ ⏑ – –

Deinde viginti octo metra dactylica continua[2] decurrunt, versum, qui clausulam facit, equidem recitare nequeo (nisi unum cod. Laur. secuti *σὺν* addimus, ut trimetrus efficiatur iambicus, qui saepissime dactylis adiungitur et bene ultimam periodum coniungit cum iambis, qui antecedunt). Omnis ultimae partis forma simillima est ei, quam in Hel. a v. 375 vidimus. V. 1004 est transitus anapaesticus. Omnis cantici periodos perspicimus compositas esse plerumque eis membris, quos littera a significavimus, saepissime iteratis, quibus intermixti alii versus, qui iidem confestim bis ter quater iterantur. Clausulam apparet bis eandem esse (sive 1 = 2, sive 2 = 3).

Iph. Aul. 276. De carmine Iph. Aul. 276, quod epodus videtur esse, verba non faciam, cum sine dubio Euripidi tribuendum non sit, praesertim autem, cum Hermannum recte id putem in antistrophicam redegisse rationem.

Bacch. 576. Ultimus locus, quem pertractamus, (Bacch. 576 sqq.) excitatissimus est. In aedibus Dionysus semet ipsum liberat, catenas, portas, muros perrumpit, foris autem chorus

1) Cf. in stropha v. 968/9:

ἔλεγος, ἔλεγος ὅδ' ἔρχεται
τῶν θανουμένων ὕπερ.

2) V. 1007, ut traditur, tolerari nequit. Fortasse Weckleinius rectam emendandi viam invenit.

dominum omnipotentem ea sentit efficere atque laetitia elatus, sancto furore impulsus hymnum ei dicit. Intremiscunt religione capti choreutae, neque vero delirant. Poetae est, quamvis sit excitata pars, tamen servare harmoniam, qua una ex rudi sermone cotidiano carmen divinum fit et canticum. Quod Euripides mira quadam arte efficere studuit.

Chori canticum, quod antecedit, ex versibus Ionicis compositum est, quos constat prope accedere ad genus iambicum. Epodo, de qua postea dicendum erit, deinde plures iambi intermiscentur; ea denique pars, quam tractamus, plane fere iambica est.

Primi versus haud faciles sunt. Interiectio secernenda esse videtur. Deinde haec sequuntur:

⏑⏑ ⏑ – | ⏑⏑ – –
⏑ – – – | ⏑ – – – (versus ad dochmios referendus, cf. „de vv. dochmiacis").

Altera Dionysi pars clariorem etiam responsionem praebet:

580. ⏑⏑ ⏑ – | ⏑⏑ – –
⏑⏑ ⏑ – | ⏑⏑ – –

Chori (coryphaei?) versus, qui inter ista Dionysi verba positus est, merus tetrametrus est catalecticus; nam unam syllabam excidisse Hermannus sine dubio recte cognovit. Etiam alterius chori partis primus versus, ut traditur, recitari non potest. Iam Bothius rectum cognovit, cum alterum δέσποτα deleret. Numeri igitur sic decurrunt:

⏑⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏓
⏑⏑ ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ –
⏑⏑ ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑
585. ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑⏑ ⏑ –
ᾱ̆ ᾱ̆
⏑⏑ ⏑ – – | ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –.

Ultimus versus respondet tetrametro troch. 579 et postea v. 591:

διάδρομα τάδε Βρόμιος ἀλάλαξε τᾶς (Dobree) *στέγας ἔσω,*

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ | ⏑⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

Tres versus, qui his tetrametris includuntur, in se quisque responsionem habent:

⏑⏑ ⏑ –⏑ | ⏑⏑⏑ – ⏑

⏑⏑⏑ – | ⏑⏑⏑ –

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ (Dobree *εἴδετε*. Libri *ἴδετε*).

Dionysi verba dactylica ex enuntiati incisione in duas tetrapodias (quattuor dipodias) dividuntur; chorus postquam eos numeros excepit:

– – – – – – – – ,

ad iambos redit. Ante *Σεμέλας* unam deesse brevem syllabam Blassius cognovit, ut hoc efficiatur metrum:

⏑⏑⏑ – | ⏑⏑⏑ – | ⏑⏑⏑ –

⏑⏑⏑ – | ⏑⏑⏑⏑⏑ | – ⏑ ⏓

Finis incertus est. Si verba recte tradita sunt (cf. schol. Phoen. 641., Etym. Magn. 279, 20), non recitantur nisi sic:

– – – –

600. ⏑⏑⏑⏑⏑

⏑⏑⏑ – ⏑ ⏓

⏑⏑⏑ – ⏑ –

⏑⏑⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑


⏑⏑⏑⏑⏑⏑ | – ⏑ –

Quod carmen — quamquam nihil est, quod non habeat, cui respondeat — abhorrere a simplici componendi ratione, quam in prioribus invenimus fabulis, apparet. Neque solum excitatis huius loci verbis id tribui potest, ut perspicitur, si quas modo tractavimus fabulas comparamus. Videmus, quo modo ascendat poeta a rudibus formis ad summas, ad contortas; videmus, quanta hac via cum progrediatur, amiserit, quanta sibi conciliaverit.

Vix ad alia transimus, cum adiungamus paucas breves epodos trochaicas et Jonicas.

Herc. 130. De Euripidis trochaeis praeclare egit Wilamowitzius ad eum locum, ad quem iam transimus, Herc. 130., neque de metris ultra quicquam dicendum est. Numeros autem non perspexisse virum doctum magnopere dolendum est, praesertim cum omnia recte cognoverit, quae editores alios fugerunt. Casui igitur


tribuam, quod miram huius epodi aequabilitatem neglexit. Nam ipse (Herc. II, p. 28) schema escripsit, incondite quidem. Quod idem cum hoc modo scribamus, omnia facile intelleguntur:



Supervacaneum est litteras pro singulis metris ponere, ut figura magis etiam emineat.

Bacch. 556. Epodus, quae est in Bacch. 556, Ionicis a minore composita est. Utroque loco, quo reperimus apud Euripidem ea metra, in Suppl. et Bacch. — rara enim omnino sunt — mera sunt nullis fere intermixtis aliis metris. Proprium est id horum versuum, cum etiam posterioribus temporibus, vel apud poetas Romanos idem reperiamus.

Epodi forma haec est (de scriptura non potest certari, cum numeri tam aperti sint, ut librarii vix erraverint):



Periodus, quae finem facit, corrupta est. Equidem confiteor me neque metra neque numeros perspicere.

Iam supra dixi etiam in Suppl. Ionicos eodem modo compositos esse et, cum ibi carmina omnia sint strophica,[1]) vix epodo, de qua modo disputavimus, quicquam certi demonstratur.

§ 2.

Transeamus ad id metrorum genus, quod non a veteribus grammaticis, sed a viris doctis posteriorum temporum logaoedicum vocabatur, hac autem aetate, qua Wilamowitzius multique alii nominis et auctoritatem et antiquitatem non frustra impugnaverunt, in universum bene Aeolicum appellatur, melius vero singulis propriis nominibus indicatur, quae cuique versui sunt. Quibus in versibus id semper tenendum est ipsum metrum — quinto quidem saeculo, de quo uno agimus, — totum versum, non eius partes aut „pedes" esse. Versus igitur ut hic:

⏓ – ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑

plane idem est, qui

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

neque quicquam refert, utrum pristinam dactyli mensuram, quam

---

[1]) Cf. imprimis Suppl. 54, i. e. alteram parodi stropham, quae, si plenum metrum littera a, catalecticum litt. b significamus (quod anapaestico pedi par est neque vero idem), hanc praebet formam:

```
54.    ⎧ 6 a
       ⎪   b   ⎧   b
       ⎨ 6 a   ⎨ 2 a
       ⎪   b   ⎩   b
61.    ⎩ 6 a
```

Etiam prior stropha miram habet harmoniam, de qua tamen dubito, an casui tribuenda sit:

```
         5 a  ⎫
45.        b  ⎭
       ⎧   b
       ⎨   a
       ⎩   b
         2 a  ⎫
           b  ⎬  (5 a)
         3 a  ⎪
           b  ⎭
```

vocamus cyclicam, retineas, an versum recte ex anaclastica iamborum forma deducas. Totus enim versus arte musica ex multis fit unum eodemque modo ab eis, qui audiunt, percipitur. Idem est, quod iam antea de iamborum longis solutis vel etiam nonnunquam de brevibus suppressis dicere potuimus. Quicumque non plane alienus est ab arte musica, non ignorat periodum aliquomodo variatam — neque id aliud quicquam est quam id quod verbis „soluta longa", „suppressa brevis" in re metrica dicitur — plane eodem modo movere sensus eorum qui audiunt, quo ipsa principalis pars („thema"). Accedit etiam, quod respirationes arte musica suppletas esse, nisi ex ipsa re intellegi potest, papyro, qui Or. 338—344 continet, (Wessely, Philol. 52, p. 179) dilucide affirmatur.

Quas res teneamus, cum in carmina versibus Aeolicis composita inquiramus. Quae inprimis ultimis poetae annis sunt neque ex eis, quibus is, qui pertractet, laetitia commoveatur. Nam est genus contortum et perturbatum fere neque facile quisquam e turbis se expedit.

Heracl. 371. Primum[1]) quod tractemus carmen, epodus est Heracl. 371 sqq., quae suaviter afficit nos post metra confusa perplexaque stropharum, quae praeeunt. Forma tam perspicua est, ut de scriptura certari non possit:

— — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —[2])
— — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
— — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
— — ⏑ ⏑ — ⏑ —
— ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
— — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
— — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
— — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
⏑ ⏑ — ⏑ — —

[1]) Hipp. hymnum, quem dicunt venatores, hic praetermitto. Nam certe ad antiquissimorum carminum exemplum conformatus est, neque verba neque forma Euripidis vel quinti saeculi sunt. Congruunt soli v. 64 sqq.: — ⏒ — ⏑ ⏑ — ⏑ —. Similis est primus versus, qui plane, ut

i. e.

a b
c
a b
a
d d d
c

Tertium et ultimum versum eosdem esse eis, quae modo diximus, probatur. Praeterea omnes versus simillimi sunt: V. d deducitur ex v. a prima syllaba dempta, v. b iterum una syllaba ultima deleta.

Quae formarum simplicitas ut in genere glyconeo necopinantibus nobis accidit neque in carminibus strophicis saepius invenitur.[3]) Excipienda tamen sunt et cantica alterna et monodiae. Supra iam nonnulla exempla illarum compositionum attuli, quae prope accedunt ad rationem astrophicam. Addam hic omnino permultis locis videri Euripidem id petere, ut ista cantica congruentia reddat eodem modo quo soluta. Neque id mirum est, cum haec similiter ac astrophica aliqua re egeant, qua varia clementa in unum cogantur carmen.

---

ita dicam, dactylicus est: – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – . Similes sunt etiam v. 68. 9:

– – – ◡ ◡ – ◡ –
– – – ◡ ◡ – ◡ – – .

Tamen tota compositio dicendique ratio adeo ab Euripidis arte abhorret, ut hic nullo modo audeam id canticum accuratius pertractare.

[2]) Etiam aequabilior versuum fiat fluxus, si H. Weilium secutus hoc modo audeas versus dirimere:

εἰρήνα μὲν ἔμοιγ' ἀρέ —
σκει· σοὶ δ', ὦ κακόφρων ἄναξ κτλ.

[3]) Unum chori canticum simili modo compositum inveni Herc. v. 348, ubi figura haec est:

– ◡ – ◡ ◡ – ◡ – (a
– ◡ ◡ ◡ b)
– – – – – ◡ ◡ –
◡ – – – – ◡ ◡ –
◡ – ◡ – – ◡ ◡ – ◡ – –
◡ – ◡ – – ◡ ◡ – ◡ – –
– – ◡ ◡ – ◡ – ◡

3 a
4 b
a b

Andr. 501. Ut exemplum afferam, quod ad Suppl. tempus prope accedit, Andromachae carmen quoddam exscribam, v. 501 sqq. Quod alternis dicunt Andromacha et filius eius, qui librariis Molossus vocatur.[1]) Huic parti eo magis harmonia opus est, quod duae strophae, quae inter se respondent, Menelai verbis disiunctae sunt. Numeri igitur sic decurrunt:

A. – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – –
M. – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
A. – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – M. ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – –
A. – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
M. – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – –

i. e.

{ a a
{ b

{ a
{ b

{ a a
{ b

{ 4 a
{ b

Hec. 647. Iam ad ipsa cantica soluta redeamus. Simplicem formam praebet epodus, quae est in Hec. 647 sqq. Eo facilius cognosci potest, quae corruptela insit in ultimis versibus. Multa conati sunt homines docti neque rectam viam invenerunt, cum congruentiam non eo loco quaererent, quo sine dubio extat. Iam

[1]) Nullo quidem iure, cum Molossi nomen in ipso fabulae dialogo non extet; Euripides igitur eum nomine carere voluit. Molossus praeterea eponymus Molossiae est, quae in eadem fabula iam commemoratur v. 1244.

cum vertamus hos versus, offendimus in verbis *τέκνων θανόντων*, quae ieiune interposita vim poeticam valde imminuunt, quibus deletis sermo optime fluit. Videamus autem numeros. Confestim apparet primos versus eosdem esse enhoplios. In primo versu iambi una syllaba longa soluta est, ceteroquin plane consentiunt alter cum altero. Deinde insertus est trim. iamb., quem sequitur paroemiacus:

⏑⏑–⏑⏑–⏑––

Omnis attentus intellegit v. 655 iterum eundem esse:

τίθεται χέρα δρύπτεταί τε.

Quare sine dubio verbum *παρείαν* cum ultimo versu coniungendum est, ut tetrametrus efficiatur iamb., qui aliquo modo tertio respondet, praeterea etiam in se ipso responsionem habet:

⏑––|⏑–⏑⏖|⏑⏖⏑–|⏑––
a b b a

Quare non dubito verba *τέκνων θανόντων* et metrum et sermonis fluxum perturbantia delere.

Suppl. 971. Similem compositionem habet epodus in Suppl. inde a v. 971. Hartungii opinio, qui vv. 975—977 post 971 transposuit, iure reiecta est. (V. 975 in optimis libris deest.) In ipsis versibus corruptelam esse metro demonstratur, Hermannus rectum cognovisse videtur, qui *τε* inseruit:

––⏖⏑–⏑⏑–.

Numeri hi sunt:

⏖⏑–⏑⏑–⏑⏖
⏖⏑ – ⏑⏑––
– ––⏑⏑–⏑ –
– ––⏑⏑–⏑ –
975. ––⏖⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑– – – – ⏑ ⏑ –
⏑– – – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏖⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –
– – – ⏑⏑– –

Ion. 492. Non in librarios, sed in editores conferamus quaeso culpam, quod epodus in Ion. v. 492 sqq. incondita videtur esse

Neque enim corrupti sunt versus, sed haud recte disiuncti. — Carmen, quod antecedit, eisdem versibus compositum est et is, qui attente legit, saepe consona invenit metra. Tamen ne in strophis quidem tam facile dirimuntur singula membra, quam videntur ex editionibus, quae vix discrepant altera cum altera. Neque autem pares sunt versus, sed consilio quodam variasse puto poetam metra, ut in cantico strophico nimiam effugeret aequabilitatem.[1]) In epodo autem concentus facile perspicitur. Primi versus epodum adnectunt strophis, nam metrum idem est, a quo strophae incipiunt et quo terminantur:

492. glyc. = 452
⏓ – – – ⏑ ⏑ – = 453
⏓ – ⏑ ⏑ – – = 471.

Sic igitur ingeniose poeta hisce tribus versibus stropham viginti versuum quasi complectitur et deinde primo versu ter iterato periodum componit:

⏖ ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏑ – ⏑ – (aut ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – ?)

Versus sqq. admodum difficiles sunt. Neque vero licet nobis, etsi metra videntur obscura, quicquam mutare, quod bis cognoscimus bina metra eadem esse. Atque periculosum est ea perturbare. Musgravius in verbo *συρίγγων* offendit, sed duo genitivi mihi non videntur duri esse. *Ἀχά,* quod Weckleinius alia Eur. exempla secutus scripsit, hoc loco omnino non toleratur. Nam quid sibi vult hoc: ⏑ – ⏑ – – – ? Verba immo inde a *ναῶν* hos apertos numeros praebent:

– – – – –
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –
500. – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– – – – –

[1]) Cf. 452 = 455 = 459 = 463

⏑ – – – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – – – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏖ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏖

(⏖ ⏑ ⏑ ⏖)
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –

Medii versus pares sunt, choriambi autem locus ad modos perturbandos nullam vim habet (v. supra). Finem facit huic periodo ithyphallicus, quem eiusdem generis versus sequitur. Equidem hoc quoque metrum: ⏑⏑⏑–⏑– attribuendum puto illis brevibus versibus trochaicis, qui ad vulgatam non quadrant mensuram neque tamen alio modo recitari possunt (cf. impr. Or. 992 sqq.). Itaque v. 502 cum sq. ut simili coniungendus est. — Deinde iterum inseruit poeta primum metrum, quod denuo iteratur post duos versus (dummodo recte post *κερκίσιν* distinguamus). Invocatio: *ὦ μελέα* post illud incertum *τις* antec. non fertur. Consilio finxit Eur. chorum religione captum anxie et incerte dicentem de ea re. Quod is qui illud *ὦ* inseruit, non intellexit. Numeri igitur hi sunt:

–⏑–⏑⏑–⏑ – | ––
– –– – ⏑⏑––
505. –⏑⏑ – ⏑– [1])
–⏑⏑ – ⏑–
–⏑–⏑⏑–⏑ – [2])
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––

Praeter dactylos (siquidem dactyli, non choriambi sunt), qui per se consoni sunt, nullus est versus semel positus, omnes autem artificiose mixti, ut haec figura eveniat:

a
b
c c
a
dact.
b

Ion. 1229. Multo etiam pulchrius chori est canticum solutum a. v. 1229. Quicumque hoc loco illas componendi regulas

---

[1]) *φονίαν* libri, Matth. *φοινίαν*.

[2]) *λόγοις* retinendum est, cum illud *οὔτε . . . οὔτε* alio modo ferri non possit. Quam differentiam voluerit poeta inter *ἐπὶ κερκίσιν* et *λόγοις*, facile perspicitur: Narratiunculae sunt fabulae, quas feminae cum texant solent garrire, *λόγοι* autem sunt philosophorum verba aut certe sententiae cogitatione perceptae.

negat extare, se ipsum reddit caecum. Tamen mira quadam arte editores vel hoc loco, cum socordius dividerent versus, concentum deleverunt. — Verba optime tradita sunt praeter v. 1239. Nam nescio, quo referantur illa *χθονὸς ὑπὸ σκοτίων μυχούς*, cum si penderent a verbo *φυγάν* articulus desideraretur. Quare cum ipso *πορευθῶ* coniungenda sunt et, ut Hartungius fecit, *ὑπὸ σκοτίους μυχούς* scribendum est. Poeta sic optime licentia quadam primum accusativum posuit „effectum“, deinde subito pergit: „an sub terram proficiscar?“ Eiusmodi sententiis abruptis chori animus depingitur excitatissimus. — Reliqua sana sunt:

— — — — — ⏑ ⏑ —
⏕ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
⏕ ⏑ — ⏑ | ⏕ ⏑ — —
— — — ⏑ ⏑ —
— ⏑ ⏑ — — —
⏑ — — ⏑ ⏑ —
— ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏕ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
— ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
— ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — — — —
⏕ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏕ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
⏑ ⏑ — — | ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ — — | ⏑ ⏑ — —
— — — ⏑ — ⏑ ⏑ —
— — — ⏑ ⏑ — —

El. 150. Astrophica est mesodus Electrae monodiae El. v. 150 sqq. Quae non unum est carmen seiunctum, sed cum strophae sententiis adiungitur, ad antistr. medio in enuntiato transit. Qua in re cum offendisset Glaserus, respondere voluit inter se vv. 112—126 = 127—142 et 143—150 = 151—158. Quae opinio reicitur ipsis ingentibus coniecturis, quibus ad responsionem efficiendam opus est. Aliam viam Weckleinius ingressus est, ut mesodus deleatur soluta, quae non revocetur ad rationem usitatam hominum metricorum. Qui ut ephymnium putat eosdem versus iterandos esse post antistrophum. Videamus igitur, quae sit mesodi sententia. Se ipsam confert Electra cum

[3]) Versus fuit trim., ut primus huius partis. Lacuna a librariis interiectione *αἰαῖ*, ut saepe, expleta.

[4]) Sic fort. recte Ge. Schmidt. Libri contra metrum: *διανταῖος ἔτυπεν ἔτυπεν*.

[5]) De sanando loco despero. Lectio, quam statuerunt editores, ieiuna est. Nam apparet siccum illud *κακόν* iuxta *ἄχος* positum non ferri et delendam esse. Complura autem exciderunt, quae uno iterato *ἔλακες* (Seidler) non restituuntur.

[6]) Etiam his in versibus multa perierunt. *Ἀναύδητον* ut glossema ad *ἄφατον* delevi. Praeterea verba *πῶς φῄς*; interpolata videntur. Tres dochmios explevisse verba, quae exciderunt simul cum paucis, quae servata sunt, ex harmonia certum est.

[7]) Libri *πρόσω*. Dind. corr.

ας Ἑλλανίας,
ἀστέρας ἑσπέρους[1])
†οἷον οἷον ἄλγος ἔπαθον [φίλαι].[2])

Numeri qui quidem eluceant in parte tam mutilata, hi sunt:

I. – – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

{ (⏑ ⏖) – ⏑ –

⏑ ⏖ ⏖ ⏑ ⏖

⏑ ⏖ – ⏑ –

765. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑(– | ⏑ – ⏑ –)

{ ⏑ – – ⏑ –

⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

II. – – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

770. ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

4 trim.

776. III. { ⏑ ⏖ – ⏑(–

⏑ ⏖)⏖ ⏑ ⏖

⏑ ⏖ – ⏑ –

4 trim.

782. IV. { (? ⏑ ⏖ – ⏑ –)

⏑ ⏖ ⏖ ⏑(⏖)

⏑ ⏖ – ⏑ –

4 trim.

V. ⏑ ⏖ ⏖ ⏑ – [3])

790. ⏑ ⏖ ⏖ ⏑ ⏖

⏑ ⏖ ⏑(⏑ ⏑ ⏖)

⏑ ⏖ ⏖ ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ – – – –

4 trim.

---

1) Libri *ἑσπερίους*. Seidler corr.
2) Finis prorsus incertus.
3) *ὀτοτοτοτοτοῖ*

VI. ⏑⏑⏑ – – –
⏑⏑⏑ – – –
– – – ⏑ –
⏑⏑⏑ – ⏑ –
? ?

Quem voluerit poeta concentum, manifestum mihi videtur esse, cum iam quattuor trimetri usque repetiti animo obiciantur, dochmiorum aperti numeri (primum terni, deinde seni) se offerant. Praeterea est, cur omnes periodos breviores coniciamus figuram habuisse: x y x.

Ion. 1441. Simplicius est alterum canticum, quod alternis dicunt Ion et Creusa. His locis codicum aut vulgatam lectionem non sequor:

v. 1448. Verba suspecta sunt. Fortasse:

συνέκυρσ' ἀδόκη-
τος πόθεν ἁδονά,
ἐλάβομεν χαράν.

v. 1453. *ἰώ* bis pono, cum metro flagitetur (alterum *πόθεν* iam. Hart. del.)
v. 1458. *⟨ὦ⟩ τέκνον, οὐκ ἀδάκρυς.*
v. 1470. *τέκνον* dupl. Herm.
v. 1489. *ἐμᾶς* re grammatica non toleratur, cum idem esse non possit ac *ἐμοῦ τῆς* . . Quare interpretamentum est ad illud *ματρός* et delendum:

παρθένια ματέρος σπάργανα.

In v. sq. ante *τάδ'* una syllaba excidit. Fort. *σου* iterandum.
v. 1498. prorsus corr.

Est carmen ex eis pulchris, sed variis, quae hac aetate saepissime invenimus:

I. ⏑–⏑ – – – ⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–| – –
2 trim.

II. ⏑ ⏖ – – –

– ⏖ – ⏑ –

⏑ – –

⏑ – –

⏑ – –

⏑ – –

⏑⏑ – ⏑⏑ –

⏑ – ⏑ – ⏑ – (? ⏑ ⏖ – ⏑ –)

⏑ ⏖ – ⏑ –

2 trim.

⏑ ⏖ – ⏑ –

trim.

III. ⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ ⏖ ⏖ ⏑ –

⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ ⏖ ⏖ ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

2 trim.

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

– ⏖ – ⏑ –

⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

trim.

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

⏑ – –

⏑ – –

⏑⏑ – ⏑⏑ –

⏑⏑ – ⏑⏑ –

⏑ – ⏑ –

– ⏑ –

⏖ ⏑ –

– ⏑ –

IV. 2 trim.

– – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
⏑ ⏖ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ – ⏑ –

trim.

– ⏖ – ⏑ –
– ⏖ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏖ ⏑ – ⏑ | – ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏖
⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – – –

trim.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – – –
⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – –

trim.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – – –
⏖ ⏑ –
– ⏖ – – –

trim.

– ⏑ ⏖
– ⏑ –
– ⏑ –
⏖ ⏑ –
(–) ⏖ – ⏑ –
⏑ ⏖ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – (v. supra)
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | – – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – – –
– – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
– – – – –

Deinde: 3 vv. corr.

1501. – ⏑ – – | ⏖ ⏑ ⏑ ⏓

Finis difficilis est et vix sanus:

⏑ – – | – ⏑ – | ⏖ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ · ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
? ?

Videmus, qua arte composuerit poeta eiusmodi canticum, quo modo etiam remota connexerit, ingentes conformaverit periodos.

Troad. 235. Sub eodem aspectu ponendum est canticum, quod alternis dicunt Talthybius et Helena in Troad. 235. Tamen etiam hic locus ut Ionis, quem paulo ante tractavimus, tam gravibus laborat corruptelis, ut nonnumquam amoenitatem magis suspicione assequamur, quam certe cognoscamus.

Hi loci corrupti sunt: v. 239. Alterum τόδε del. Nauck. Certe melior lectio γυναῖκες retinenda est (Τρῳάδες, interpolatum in cod. Pal., veram eiecit lectionem). Sed fort. ἦν delendum est.

v. 241. ἤ del. Hart.

v. 247. Kirchhoffii sequor coniecturam: ἆρ' ἔλαχε τέκος, ἔνεπε.

v. 257. Nonnulla post χροός videntur excidisse. Etiam illud ῥῖπτε ieiunum, nudum est.

v. 260. ποῦ μοι del. Dind.

v. 263. ταύταν del. Burgesius, Dind. Sed fieri etiam potest, ut lacuna sit antea.

v. 266. ὅδε pro ὅδ' ἤ recte scripsit Wil.

v. 269. prorsus corr., cum nemo dim. dochm. dicat hoc:

⏑ ⏖ ⏖ – ⏖
– ⏖ – – –

v. 271. τί⟨ν⟩' ἁ⟨δὲ⟩ τοῦ Seidler.

v. 275. τριτοβάμονας (P) χερί (unus Harl.) scribendum. Nam quis est, quin videat v. 271 et 275 idem

habuisse metrum? Omnes igitur coniecturae, quae id omittunt, somnia sunt.

v. 276. ante *γεραίῳ τῷ* add.

v. 279. Iterum epodus, ut ita dicam, — finis potius — tam obscura est, ut audaces sint per se coniecturae. Tamen haec dici possunt: In enuntiato relativo inde a v. 285 verbum deest, certe unum, melius duo, cum et verba *τἀκεῖθεν ἐνθάδ'* et *ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε* singulis videantur egere verbis, quibuscum coniungantur. Etiam quibus locis exciderint ea verba, apertum mihi esse videtur. Alterum post *ἐνθάδ'* inserendum est ut

ὃς πάντα τἀκεῖθεν ἐνθάδ' ⟨*ἤγαγ'*⟩,

alterum post *ἐκεῖσε*. Quid sit illud, iamdudum cognoverunt viri docti (Bothius, Hart. etc.), cum optime *ἔσεισε* scriberent. Tamen in eo erraverunt, quod *ἐκεῖσε* falso scriptum putarunt pro illo *ἔσεισε*, immo periit verbum propter similitudinem eius, quod antecedebat.

v. 289. Enuntiata abrupta reddidit consilio poeta, ut difficile sit cognoscere corruptelas. Tamen certe *οἴχομαι* ex interpretatione ad *βέβακα* adscripta in textum illatum est eademque de causa etiam *τάλαινα* (= *δύσποτμος*) delendum est. —

Totum canticum in stropham et antistrophum redigere conati sunt Burgesius et Seidl. Neque vero plane respondent singula membra, sed similia sunt, nonnumquam simillima. Quae in primis iam versibus perspiciuntur:

I. ⏑ ⏖ – ⏑ –

⏑ ⏖ – ⏑ –

240. trim.

[1]) – – ⏑ –

– ⏖ – ⏑ –

– ⏖ – ⏑ –

[1]) Hic versiculus, qui in canticis dochm. saepius occurrit, non videtur esse iambus, sed dochm. re musica supplendus: × – – ⏑ – (Cf. notas musicas ad Or. 343 et infra de vv. dochm.)

⏑ – – ⏑ –

trim.

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

245. – ⏑⏑ – ⏑ –

trim.

– – ⏑ –

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

– ⏑⏑ – – –

Quanta diligentia ea composita!

Altera periodus haec est:

250. – – ⏑⏑ – ⏑⏑ (extra num:)

– – – – –

⏑ – – –

trim.

– – – – –

– ⏑⏑ – ⏑ – •

– ⏑⏑ – ⏑ –

⏑ – – – –

Deinde gravioribus corruptelis impedimur, quominus certa cognoscamus:

256. † – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

† – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – –

trim.

260. ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

trim.

(⏑ ⏑⏑ –) – –

⏑ ⏑⏑ – – –

trim.

265. – ⏑⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – –

(Versus pares esse editores fugit, qui falso dirimant.)

Sqq. corrupta esse iam supra ostendi. V. 271. 2 et 75. 6 autem ut strophulae respondent:

⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
trim.
⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑⏑ – – –
– ⏑⏑ – ⏑ –
trim.

Finem, quem difficillimum esse iam vidimus, compluries continet versiculum ⏑ – – –, quem Wil. (Herc. II, 218) recte dochmium vocavit suppressa brevi (nescio an melius dicatur omnino catalecticus). Cuius haud pauca sunt exempla, cf. imprimis usitassimum illud *ἰώ μοί μοι.*

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –
⏑ – – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –
⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ – – –
? ⏑ – – | – ⏑ ⏑
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – | ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – – –

Troad. 1216. Breves partes dochmiacae inter senarios insertae sunt in v. 1216 sqq. Quas aeque ac in carmine quod modo tractavimus, strophas fuisse suspicati sunt viri docti, quorum opinio eisdem causis, quas supra attuli, reicienda est. — Librorum lectio his locis emendanda est:

v. 1227. Lacuna statuenda est post verbum *ὦ*, quae optime suppletur verbo *φίλτατον*.

v. 1230. Recte alteram *μοι* del. Herm.

v. 1239. *Ἑκάβη* delendum est. Certe tres breves syllabae exciderunt, ut versus sit dochm. formae a.

Iam videamus numeros:

1216. ⏑ –⏑–
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
1226. ⏑ –⏑–
⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – (– ⏑ –)
⏑ – – ⏑ –
⏑ –⏑–|⏑––
1230. ⏑ –⏑–|⏑––
– – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
1235. ⏑ –⏑–|⏑–⏑
⏑⏑–⏑–|⏑–⏑ [1]
⏑ – – –
1239. (⏑ ⏑⏑) – ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ – – –

Iph. Taur. 642. Brevis chori pars dochm. est in Iph. Taur. v. 642. Compositio, quae strophicae similis est, haud ignota mansit. Iam Herm. vv. 643—645 = 647—649 statuit, quod fieri potest. Quo modo habeamus formam compositionis, quae media est inter strophicam et solutam, atque strophas iam licet vocari illos versus. Sed equidem puto optimam praebere compositionem versus traditos, neque vero strophicam. Neque enim ad sensum quicquam deest. Videamus, quae metra habeant verba tradita:

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
– ⏑ –
645. ⏑ ⏑⏑ ⏑ – – –
trim.

---

[1]) De duplici anacrusi cf. trim. v. 1232, qui eandem habet licentiam.

⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑

– – ⏑ – (an δ?)

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑⏑ ⏑ – – –

trim.

– ⏑⏑ – – –

– – ⏑ – ⏑ –

⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑⏑ ⏑ – – – [1]

⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

Sic omnia bene intelleguntur. Sed concedo mihi quoque Herm. coniecturas aliquo modo probaliles videri. Quae si recta sint, hoc canticum ex numero solutorum recedat. Ad ipsam igitur rem nihil pertinet.

El. 585. Egregiam compositionem habet chori cantinucula quae est in El. v. 585 sqq. Lectio plane sana mihi videtur, numeri autem hoc modo decurrunt:

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

– ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

⏑ – – ⏑ –

[1]) Schoene: *πότερος ὁ ⟨μὴ⟩ μέλλων.*

Responsio expleta est et perfecta praeter brevem mesodum, ut ita dicam, quae continet v. 592 sq. Eiusmodi versus in firmam formam redigi nefas est. Neque minus est reiciendum figuram, systema etiam partibus tam brevibus inurere neque concedere exceptiones, quam prorsus negare certas regulas extare. Poesis, ideoque philologia non potest comparari cum arithmetica; nonnumquam aliquid relinquitur, quod certas regulas videtur perturbare, quod non mente percipi potest, sed sensu.

El. 1166. Addam hic etiam chori brevem partem solutam, El. 1166. Primus versus est dim. iamb., pars dochm. habet formam b a c a b:

⏑ – – ⏑ –
⏑ ⏖ – ⏑ –
1170. ⏑ ⏖ ⏖ ⏑ ⏖
⏑ ⏖ – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –,

ut ascendant et descendant metra, aequabiliter augeantur et diminuantur syllabae solutae, ut iocum fere vocaremus rem, nisi esset severior.

Hel. 627. Post eas breviores partes permagnum illud tractemus canticum, quod alternis dicunt Helena et Menelaus in Hel. 627 sqq.

Praeter vulgatas emendationes haec respicienda sunt:

v. 634. Seidleri coni.: χέρας retineri potest. Sed fort. post ἔβαλον vocativus excidit.
v. 640. σοι add. ante ξυνομαίμονες Herm.
v. 644. συνάγαγεν ⟨ὦ⟩ πόσι ⟨νῷ⟩ scribo. ὦ iam add. Dind.
v. 670. Ἑρμᾶς excidit.
v. 690. γάμον ἄγαμον αἰσχύναν ex v. 687. 89 huc illata delenda sunt. —

Singulas observemus periodos:

627. I. a a

⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ ⏖

a a

632. II. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –
aut: ⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ aut: ⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑⏑ – (⏑ –)

635. – ⏑ – (? – ⏑⏑ – ⏑ –) – ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ –

III. – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – – (= II, 1—2)
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –

a b

640. a a

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

b b

b (modis musicis suppl.)

IV. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

645. a b

648. V. ⏑ – ⏑ –

a a

650. { ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –
{ ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

a a

654. VI. ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑⏑ ⏑ –
⏑ ⏑⏑ – – –

trim.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – – (cf. 680 sq.)

| trim.
| b a
660. | trim.

⏑⏑ ⏑ – + a
⏑⏑ ⏑ – + a

VII. ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

a
trim.
a b
a a a
VIII. ⏑ ⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑ –
⏑⏑ – – –

a
trim.
4 a
trim.
IX. a b
a b
a
trim.
X. ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – –

a a
trim.

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –
a b a
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑
a
trim.
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –

a
XI. trim.
⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ –

XII. ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ –
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
a b

Phoen. 292. Brevis chori pars est in Phoen. 293, optime tamen composita:

v. 292. γονυπετής scribendum, quod facillime per itacismum in γονυπετεῖς perire potuit. γονυπετής est: „genibus procumbens“ neque bene de sede aliqua dici potest. Imprimis cf. Synesii verba: πρηνὴς καὶ γονυπετὴς γενόμενος.

v. 295. Unus cod. Laur. rectam servavit lectionem.

v. 296. Interiectio secernenda. προδρόμος retineo, cum trad. sit (singuli enim utriusque ordinis libri id exarant).

v. 298. ὦ inser. Seidler.

v. 300. Lacuna est, nisi musicis modis metrum expletum erat. —

Numeri hi sunt:

a b
∪ – ∪ –
∪ – ∪ –
b b
∪ – ∪ –
∪ ∪∪ ∪∪ ∪ ∪∪
a b
b b
∪ ∪∪ ∪∪ ∪ –
b b

Phoen. 301. Etiam Iocastae monodia, quae sequitur, astrophica est. Cuius primi versus difficillimi sunt neque scio annon recte unum cod. Marcianum sequar. Praeterea autem graviores vix sunt corruptelae et ea de causa statim numeros perscribam:

I. – – – ∪ –
∪ – – ∪ –
∪ – – ∪ –
∪ ∪∪ ∪ – [1]
– – ∪ –

---

[1]) ποδός ante βάσιν del. Kirchh. cum post ποδὶ τρομεράν non toleretur.

305 II. ⏑–⏑–|⏑–⏑ –|⏑–⏑–
⏑–⏑ –|⏑–⏑–
⏑–⏑ –|⏑–⏑–
⏑–⏑ –|⏑–⏑–
⏑–⏑⏖|⏑–⏑–
–⏑⏑–|⏑– –|⏑–⏑–
310. ⏑–⏑ –|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑ –|⏑–⏑–
III. ⏑ – ⏑–| ⏑ –⏑ [1])
– – ⏑–| ⏑ –⏑
⏖⏑–| ⏑ –⏑–
315. ⏑ – ⏑–| ⏑ –⏑
⏖⏑–|–⏑–|–⏑–|–⏑–
– ⏑–| ⏑ –⏑–

Hae sunt periodi iambicae. Responsio aperta est, strophica fere. Iam dochmii decurrunt:

IV. b
a a
b
320. –⏑–|–⏑–
b [2])
V. 3a
5b
326. a
VI. trim.
3b

[1]) Deleta particula καὶ ante χερσί, quae ex Hec. 837 facile irrepere potuit (cf. in l ineptum illud κόμησι), versus sic recitari possunt:

⏑ – ⏑–⏑–⏑ –
⏑ – ⏑–⏑–⏑ –
⏑ – ⏑–⏑–⏑ –
⏑ – ⏑–⏑–⏑ –
⏑⏖⏑–⏑–⏑ –
⏑ – ⏑–⏑–⏑⏖

b a

[2]) Alterum ἢ delevi, cum versus creticus esse non possit.

330. ⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–
⏑–⏑–⏑– [1]
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–

355. a b
a b

⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
340. ⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–
⏑–⏑–⏑–⏑–

344. VII. b
9 a

350. VIII. ⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑
–⏑⏑–⏑⏑–

a a

Saepe querimur quod poeta senex neglegentius opera concripsit, imprimus in Phoen. sermone saepius desideramus eam diligentiam, quam in prioribus fabulis invenimus. Sed formarum, figurarum copia commovemur, ut id neglegamus, obliviscamur paene, cum perlegamus tragoediam. Neque enim desiit poeta eundem se praestare qui fuerat, sed subito partes quasi ex tempore fusae occurrunt, quae formarum amoenitate omnia denuo superant. Quae inter cantica etiam hoc habeo. Forma, metra, numeri vix possunt superari.

Ad Orestis fabulam transeamus. Duae breves sunt partes dochmiacae, quae haud longa egent expositone.

---

[1]) Cf. part. III, § 4.

Or. 1286. Electrae canticum inde a. v. 1286 hos habet numeros:

2 trim.
4 a
2 trim.

Ch.: ⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – –

Deinde post tres senarios alia incipit pars lyrica, quae hanc habet formam:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ | – –
trim.
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
{ – ⏑⏑⏑⏑ ⏑ –
{ – ⏑⏑⏑⏑ ⏑ ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑⏑⏑ ⏑ – ⏑ –
a b

Or. 1369. Iam longa pertractanda est Phrygis monodia, in qua optime experiri possumus, si regulae, quas statui, probentur. Cuius in prima parte lectio omnino fere sana est. Primum versum Reiske em., cum scriberet *θάνατόν τε:*

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Deinde metra hoc modo decurrunt:

– ⏑ – – | – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ | – –
– ⏑ – ⏑ | – –
αἰαῖ
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑⏑
{ – ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ –
{ – ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ –
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ –
⏑ – – | ⏑ – ⏑ –

Quae sequuntur, admodum difficiliora sunt. Alter versus, ut est traditus, retineri non potest; quare particulam *καὶ* deleo. Deinde vv. 1385 sqq. perturbati sunt, cum verba *ὀρνιθόγονον ὄμμα κυκνόπτερον* vocativum esse non intellexissent grammatici. Pristinum ordinem hunc fuisse credo:

μέλος βαρβάρῳ,
ὀρνιθόγονον ὄμμα κυκνόπτερον,
βοᾷ διὰ τὸ τᾶς
καλλοσύνας . . . .

Praeterea in eis, quae sequ., *δυσελένας* falso iteratum esse puto. Quae si recta sunt, periodus haec est:

– ⏖ – ⏑ –
– – – ⏑ ⏖
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ –
– ⏖ ⏖ ⏑ –
– ⏖ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –
1385. ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ ⏖ ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
⏑ – ⏖ ⏑ –
– ⏖ – – –
– – ⏖ ⏑ –
– – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ –
⏑ – ⏖ ⏑ –
1390. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | – ⏑ –

Propria igitur huius partis dochmii forma: ⏑ – ⏖ ⏑ – est, quae haud crebra est.

De eis, quae sequ., me plane desperare concedo. Neque enim solum sermo est Asiaticus, ut ipse dicit servus, sed etiam metrum illo nomine dignum est.[1]) Menda gravissima, in quibus necesse est offendamus, si nihil nisi sensum respicimus, haec sunt:

[1]) Sic nuper Ebelingius (l. c. p. 107), qui in sensu non videtur offendere, in v. 1397 hoc statuit metrum: ⏑ ⏖ ⏑ – | – ⏖ ⏑ –, quod propter syllabam productam plane abhorret ab Euripidis arte.

v. 1395. ἀρχὰν θανάτου pugnat et contra notionem verbi αἴλινον et contra scholium: ἐν ἀρχῇ θρήνου.

v. 1398. βασιλέων prorsus ineptum est, cum de querimoniis in universum agatur.

v. 1399. Ἅιδα non habet, quo bene referatur.

v. 1401. δύο διδύμω tautologia est.

Quae cum ita sint, de metris nemo quicquam dicere audeat.[1]) Ubi sensus impeditus est, etiam metra aperta sunt, i. e. inde a. v. 1403:

```
 { ⏑⏑ – ⏑⏑ –
 { ⏑⏑ – ⏑⏑ –
     – ⏖ – –
     – – ⏑⏑ –
     – – ⏑⏑ –
   ⏑⏑ – – –
 { ⏑⏑ – ⏑⏑ –
 { ⏑⏑ – ⏑⏑ –
```

Ea, quae anteced., his versibus respondisse seu potius cum eis coniuncta fuisse ex v. 1398 apparet (excepto illo βασιλέων):

```
⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑–
```

Etiam sqq. difficilia sunt, sed fort. recta. Certe in sententiarum ordine nihil est, quod reprehendatur.

```
– –   – |  – ⏑ –
⏑ –   – | ⏑ – ⏑ –
  – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ –   –
– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏖
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
```

Periodus sq. idem metrum variatum dochmiis permiscet. In v. 1415 Ἑλένας ἄμφω interpolata esse facile cognoscitur. Praeterea in v. 1418 finis perturbatus est. Scribendum puto:

---

[1]) Herm. observavit vv. 1395 sq. eosdem esse quos vv. 1381 sq. Neque tamen equidem quicquam audeo diiudicare.

ἐν φόβῳ πεσών.

⏑⏕⏑⏕ | ⏑⏕ ⏑ –
⏑⏕⏑⏕....
⏑⏕⏑⏕ | ⏑⏕ ⏑ ⏕
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – (= 1412)
– ⏑ – | – ⏑ –
– ⏑ – | – ⏑ –
– ⏑ – | – ⏑ –
– ⏑ – | – ⏑ –
– ⏑ – | – ⏑ ⏕
– ⏑ – | – ⏑ –

Deinde: 1426. ⏑⏑–⏑⏑ – | ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ – ⏑⏑ – | – – –
⏑⏑–⏑⏑ – | ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏕ – –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ [1])
– ⏑ ⏕ | – ⏑⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – | ⏕ ⏑ –
– –⏑⏑ – | ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑–⏑⏑ – | – – ⏑⏑ –

a a

⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – –
⏑ – –
⏑⏕⏑⏕ | ⏑⏕⏑ – [2])
⏑ – – | – ⏑ –
⏑ – – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑⏕⏑ – | ⏑ – ⏑ – [3])
⏑ – ⏑ – | – –

[1]) *βαρβάροις* em.

[2]) Hoc modo metra coniungenda. Versus enim *ἕδραν παλαιᾶς ἑστίας* non potest in Eur. canticis ut dimetrus iambicus recitari.

[3]) Sic vv. dirim. Verborum exitus nullius momenti sunt.

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – [1])

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – [2])

– ⏑ –

a a

Tum haec inde a v. 1453:

– ⏑́ – ⏑́ | – ⏑́ ⏑

– ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ [3])

– ⏑ – | ⏑ – – ?

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – [4])

– – ⏑ – | ⏑ – – | ⏑ – ⏑ –

– – ⏑ – | – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – [5])

⏑ – – | – ⏑ –

⏑ – – | ⏑ – ⏑ –

– ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

– – –

b b

⏑ – ⏑ –

a

⏑ – ⏑ ⏑⏑

⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

– ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –

⏑ – – | – ⏑ –

⏑ – – | ⏑ – ⏑ –

---

[1]) *στέγαισιν* scripsi.

Ultima periodus haec:

⏑– –|⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–
1475. ⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–

Sqq. corrupta sunt. Metra eadem videntur fuisse. Deinde
v. 1481: ⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑⏑⏑⏑–
–⏑–| – –|⏑–⏑–

Tum denuo difficillima sunt metra. Incertum est in parte tam festiva decernere, utrum consilio usus sit poeta metris inusitatis sicut sermone inusitato, an corruptelae sint, quarum ipse poeta plane fuit insons. Id autem certum est in hac parte intra eos fines, qui ipsa poetica arte statuti sunt, ioco, libidini poetam consilio frena permisisse, ut rem, quam proposuerat, optime depingeret. Quae cum ita se habeant, has formas retineam:

1483. ⏑⏑–⏑⏑⏑⏑|⏑–⏑⏑–⏑⏑–
⏑⏑–⏑⏑ – |––⏑⏑–⏑⏑..
1485. a
⏑⏑ – ⏑⏑–
⏑⏑⏑⏑⏑⏑–
⏑⏑ – ⏑⏑–
⏑⏑ – ⏑⏑–
⏑⏑ – ⏑⏑–
⏑ –⏑–
⏑ –⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–
1490. 3 a
b
a
⏑–⏑–| –⏑–|⏑–⏑
–– –|⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–
⏑–⏑–|⏑–⏑–|–⏑⏑–

[2]) ἐκεῖθ' em. Iambi sunt, non troch.
[3]) Lacuna esse videtur.
[4]) Incertum. Fort. ut illatum e v. 1448 del.
[5]) ἀποκτενεῖ em.

1495. ⏑⏖⏑⏖ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑

– – – –

– – – –

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – [1])

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

1500. ⏑⏖⏑⏖ | ⏑⏖⏑⏖

† ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ [2])

⏑⏖–⏑⏖

† ⏑ – ⏑⏖ .

⏑⏖–⏑ –

Totius cantici concinnitas, in qua ingeniose coniunxit poeta iocum cum certis regulis, cum necessaria harmonia, aperta est.

Or. 1353. Addam hic, ut semper feci, etiam illud canticum, quod Phrygis monodiam antecedit, cum soluto simillimum sit. Respondent enim demum post monodiam v. 1537 sqq. Numeri aperti hi sunt:

a a

b

a

b

1355. 2 trim.

a a

b b

2 trim.

1361. ⏖⏑– | ⏑–⏑ – (in antistr. corr.)

⏑⏖⏖⏑ –

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑

⏑⏖⏖⏑⏖

a a

b

---

[1]) τοι certe delendum.

[2]) Corr.. Emendatio prorsus incerta, sed dochmiaci videntur versus fuisse.

Bacch. 1017. Ultimam pertractemus Baccharum fabulam. Tres sunt breves partes solutae, quarum prima epodus est chori cantici inde a v. 1017. Initium facit iambelegus, deinde haec:

{ ◡ – –
{ ◡ ◡◡ –

3 b

{ ◡ – –
{ ◡ – –
{ ◡ ◡◡ –

◡ ◡◡ ◡◡ ◡ ◡◡

a b [1])

Bacch. 1034. Altera eiusdem chori est pars,[2]) quae paulo post sequitur:

b

3 a.

Cohaeret igitur cum priore. Deinde lacunam esse cognoverunt Brunckius et Seidl. Exciderunt duo nuntii trim. Etiam chori verba sqq. corrupta sunt. Dochmii vix fuerunt. Probabile est metrum, si οὔ⟨τι⟩ scribimus et ἐμόν in fine positum delemus:

◡◡ ◡ – ◡ | ◡◡ ◡ – ◡

– ◡ – – | ◡◡ ◡ – ◡

1041. 2 a

◡ ◡◡ ◡◡ ◡ –

b

Sic exitus redit ad initium.

Bacch. 1153. Chori iterum canticum incipit a v. 1153. Lectionem sanam esse puto, numeri hi sunt:

a

– ◡ –

---

[1]) ἐς add. Kirchh.

[2]) v. 1031 quippe corruptum non exscripsi.

a

– ⏑ –

– – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – – – [1]

– – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ [2]

– – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

a

– – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

– – – – –

⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

a a

b

– ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –

Ad finem me puto perduxisse quaestionem. Non omnia pertractavi cantica, pauca restant, de quibus despero, imprimis in ea fabula, quam inchoatam ac rudem reliquit poeta, quae perfecta simulque mutilata est ab alio quodam, cui pietas non erat erga defuncti poetae ingenium. Aliis quaestionibus haec reservem necesse est. Fieri potest, ut eis rebus, quas hac dissertatione perspeximus, adiuvemur, ut etiam hic paleam seiungamus a tritico. Adhuc me concedo infirmiorem esse quam ut istum laborem absolvam. In Heracl. contra facilius puto spurias partes apparere, ut in omni fere parte harum dissertatiuncularum cognovi.

Totius autem quaestionis summa haec est:

Nullum Euripidis carmen solutum ex congerie constat variorum metrorum; ubique paria aut similia coniuncta sunt, ubique ordo est et concentus. Poetae ratio quomodo per vitam fiat artificiosior, cognosci potest. Atque hac quoque re fabularum ordinem quam nos statuimus rectum esse demonstratur.

Haec eis sufficiunt, qui poeticam modo artem perspicere volunt atque laetantur et fructuosam arbitrantur operam, ubicumque novae reperiuntur venustates.

Ipsis philologis haec accedunt:

---

[1] corrupt. Wil. mavult: *Πενθέος ἐκγενέτα.*

[2] em. Wil: *ὃς θηλυγενῆ στολάν* ⟨τε⟩.

1. Versus utcumque fieri potest, ita dividendi sunt, ut concentus perspicuus sit.

2. Cum omnia cantica soluta intellexerimus versibus respondentibus et similibus esse composita, eae partes, quae illum concentum non praebent, corruptae ideoque emendandae sunt. Tamen id teneamus incertas esse eiusmodi coniecturas nisi adiuvamur sensu, ut semper cum metri restituendi causa librorum lectiones mutamus. Quas regulas me ipsum puto secutum esse et aliorum est diiudicare, utrum nonnulla nova invenerim necne.

II.

De trimetris iambicis inter partes lyricas insertis

Viros doctos in Graecorum tragoedias inquirentes, etsi nemo est, quin multum sciat distare trimetros iambicos ab aliis metrorum generibus (cum hos pronuntiaverint histriones, illa cecinerint), tamen quae sit difficultas eorum locorum, quibus intermixti sunt senarii partibus lyricis, miro quodam modo fugit. Attamen vix quicquam crebrius fit neque solum in carminibus iambicis, sed in omni canticorum genere, maxime in dochmiaco. Quare oritur quaestio, qui versus diverbio, qui canticis sint tribuendi atque id velim perquiramus, utrum etiam nos, qui rem musicam non iam perspiciamus, certa argumenta ex fabulis traditis possimus afferre ad istam rem explicandam, regulas etiam statuere, necne.

Neque vero nugas duco haece studia, cum ad verba emendanda restituendaque alicuius sint momenti. Nam etsi in partibus melicis vocales η et α permisceri his temporibus concedere nos oportet, cum etiam Timothei papyro probetur, tamen et hic vetustius („Doricum") α illi η utique ubi traditur praeferimus et in diverbio recte ubique novum illud („Ionicum") η statuimus[1]) neque si quem versum dialogo videmus tribuendum, formae Doricae retineri possunt. Constat codicum auctoritatem in re tam exigua vix multum valere, cum librarii formas inusitatas saepissime ex arbitrio mutaverint in vulgares, verba obsoleta accomodaverint sermoni quo utebantur. Librariorum ista ratio quae sit, cum in dialogo tum in partibus melicis facile cognosci potest; modo verba verbis substituta, modo verborum exitus

---

[1]) Pauca sunt exempla, quae affert Wilamowitz (Tim. p. 41), cum sescenties contrariae traditae sint formae. Nimium ille auctoritatis tribuit librariis, quod nos quidem concedere nequimus neque ipse vir doctissimus de aliis rebus concedit.

mutati, formae Doricae deletae. Tamen haud mirum esse potest saepe etiam differentias tam exiguas quippe antiquitus traditas libros servasse, atque etiam in eis quos perscrutaturi sumus trimetris semper fere sermonis genus recte retinuisse libros apparebit. Primum autem ex librorum auctoritate nihil licet concludi.

Altera causa qua adducor, ut hanc quaestionem tractem, posita est in versibus singulis personis tribuendis, qua in re huc illuc discedunt editores. Ne hic quidem fieri potest, ut codices semper sequamur, cum et nonnullis locis falso librorum „correctores“ addiderint personarum notas et saepe omiserint ipsi librarii, qui illas „lineolas“ nimis neglegerent. Tamen difficillimum est in partibus lyricis versus recte distribuere inter eas quae adsunt in scaena personas, cum eis locis, quibus altera loquatur, altera canat, tum maxime eis, quibus choro tribui soleant eiusmodi trimetri neque ullo modo seiungantur a versibus cantatis. Qui disponendi atque digerendi sunt.

Quibus rebus adductus sit poeta, ut aliquo loco insereret senarium, nonnumquam haud facile intellegitur, facillime quidem in carminibus iambicis. Quibus in canticis inter omnem metrorum numerum etiam trimetros reperiri mirum non est, praesertim cum saepe antecedant aut sequantur alii trimetri, qui syllabis suppressis propius accedant ad genus lyricum. Qui a dialogi senariis facile disiunguntur, cum eorum arses non possint supprimi. Etiam ei, qui nullam habent syllabam suppressam, si totum canticum est iambicum, a trimetris ad dialogum pertinentibus, qui inserti sunt, haud difficile secernuntur. Sed de hac re postea. Neque vero neglegendum est versus certa ratione nisi hiatu aut syllaba ancipiti non dirimi, maxime si eiusdem modi versus antecedunt sive sequuntur. Quare cauti debemus esse, ne dialogo tribuamus versus, qui a ceteris lyricis ne dividi quidem certe possunt.

Alteram etiam esse causam trimetrorum insertorum ex ipsorum genere intellegitur. Nam ut hexametri heroici intermiscentur nonnumquam, cum res epicas narraturus est poeta, sic etiam in parte lyrica eas res, quae ad fabularum dialogum et ad dialogi rationem pertinent, trimetris iambicis narrare solent poetae. Personas seu chorum, cum facta enuntient mediis in carminibus,

cum quaerant, cunctentur in facinore faciendo, sive in enuntiatis conficiendis (cf. impr. Hec. 1094), ipse Euripides senarios fingit loquentes.

Hoc in universum tenendum esse videtur omnes versus, qui et metris et sententiarum ordine coniuncti sunt cum aliis cantatis, etiam cantatos fuisse, nisi versus structura aut re ipsa ad alia adducimur. Quam quaerendi rationem rectam esse iam ex eo apparet, quod in carminibus a toto choro cantatis — strophica dico et epodos — trimetros invenimus, de quibus nemo dubitare potest, quin cantati sint. E quibus profecti ad alia difficiliora transgrediamur. Nam res aliquo modo difficilior fit, ubi magis agitatur sive etiam perturbatur actionis cursus, ubi dialogus discinditur, verba, quibus factum aliquod nuntiatur, dirimuntur brevibus partibus lyricis et sim. Nihil interest, utrum choro an alii personae tribuendi sint versus, cum in eiusmodi locis coryphaeus eodem modo loqui soleat quo ceterae personae, neque in libris chori verba a coryphaei dividantur.

Digerentibus nobis eos versus multae res occurrunt, quae accurate observandae sunt.

Primum quaerendum est, utrum versuum sententia eo modo cohaereat, ut non videantur dirimi posse, necne. Quae res etsi facillima videtur esse, tamen non tam certa est, ut ei in diiudicanda quaestione semper fides habenda sit. Nam fieri posse apparet, ut non solum ei versus, qui graviter dirimantur, sed etiam ei, qui etsi videantur cohaerere, tamen per se quisque stare possint, seiungantur. Tamen argumentum plane certum est, si versus non possis dividere, nisi sententiam plane velis dirimere atque perturbare. Imprimis ea re egregie adiuvamur, ubicumque ea pars antistròphica est et utriusque strophae trimetri aut cohaerent aut seiuncti sunt a reliquis versibus.

Ne hiatu quidem aut syllaba ancipiti sive ante versum trimetrum sive in fine eius positis aliud quicquam indicatur, quam re vera periodos ita esse dividendas. Nam hiatu et syllaba brevi, etiamsi alter additur ad alteram, non magis disiungitur trimetrus iambicus a versibus lyricis quam semper dividi solet versus a versu. Quod certum argumentum nullo modo esse ex ipsa quaestione apparebit, quamquam semper notandae sunt eae res, si ad alias accedunt.

Summum momentum positum est in ipsa versuum structura, in syllabis productis et solutis. Quomodo soleant strui versus trimetri cantati ex eis versibus optime cognoscemus, de quibus non dubitari potest, quin canantur. Neque falso diiudicabimus quicquam, si eis legibus, quas in chori canticis statuerimus, etiam in cantibus alternis et monodiis utemur.

§ 1.

Exordiamur igitur a totius chori canticis. — In primis Euripidis fabulis (si Alcestin hoc loco mittimus, de qua postea dicendum erit) et in eis, a quibus alteram fabularum periodum consuevimus incipere (Hipp., Heracl.) nusquam trimetros invenimus iambicos insertos totius chori canticis. Cuius rei causa non solum in eo posita esse potest, quod in harum fabularum carminibus iambi omnino rari sunt, neque uberrimus ille iamborum usus, quod quidem nos ex paucis fabulis servatis coniciamus, ante eam aetatem reperitur, qua Suppl. docti sunt. Neque enim postea in iambicis modo partibus poeta eis trimetris utitur, qui in omni fere alterius tertiaeque periodi fabula inveniuntur (praeter El. et Phoen., quod ex monodiarum et canticorum alternorum copia facile intellegitur). Sed poetam eis temporibus, quibus aliis licentiis et in componendis fabulis et in metris adhibendis utebatur, etiam trimetros illos apparet saepius inseruisse. Excipienda tamen est ex prioribus fabulis Andromacha, quae ut permultis aliis rebus etiam hoc usu cum reliquis poetae tragoediis mira quadam ratione parum consentit. Nam etsi multis causis, imprimis scaenae usu adducimur, ut inter primas eam habeamus fabulas, et aliis rebus et trimetris insertis multo posterior videtur esse. Tamen quamquam permulta repugnare videntur Euripidis rationi neque ei hanc fabulam tribuendam esse ullo certo auctore probatur, tam clare recognoscimus Euripidis vestigia, ut nemo sit, qui poetae eam fabulam deneget.

Etiam trimetrorum insertorum usus non alienus est a reliquarum fabularum.

Andr. 281. Quorum primum invenimus in altero chori cantico v. 281. Est carmen e genere dactylotrochaicorum seu

potius dactyloiambicorum[1]) et ex metrorum cursu facile intellegitur, cur trim. iambicus addatur. Cuius sententia haud multum distat ab eorum, qui circa sunt.

Antecedit versus anapaesticus, sequitur ut saepissime trim. iambicus brevibus suppressis ad genus melicum propius accedens:

⏑ – – | – ⏑ – | ⏑ – –

Trimetrus ipse in stropha admodum solutus in antistropho arte coniunctus est cum v. sq.:

πικρὰν δὲ σύγχυσιν βίου Φρυγῶν πόλει
ταλαίνᾳ περγάμοις τε Τροίας.

Cum neque hiatus neque syllaba brevis ante aut post versum admissi sint, nemo certe trimetrum secludere potest.

Andr. 299. In altero autem stropharum pari trimetri eodem loco positi syllaba brevi et in stropha et in antistropho indicantur neque sensu artius cohaerent cum reliquis versibus. (Sequitur trim. lyricus:

– ⏑ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –)

Quos versus cum conspiciamus, nusquam videmus eas syllabas, quae in diverbio produci possunt, productas esse. Quod etsi in his unius cantici exempli casui tribuerit quispiam, tenendum est.

Andr. 479. 491. Iterum enim eadem res occurrit in v. 479 = 486 et v. 481 = 489. Quorum priores nulla soluta longa

---

[1]) Etiam primus versus iambicus esse potest. Nam versus facile hoc modo disiunguntur:

274. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ – | – ⏑ –.

(In brevibus dirimendis offendi potest, cum versus hoc loco finiri non possit, ut etiam antistropho demonstratur, sed cf. Herc. 1055.) Sequuntur haec:

– ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

(Herm. in antistr. egregie emendavit: *νίψαν*)

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – ⏑ –
– – ⏑ ⏑ – –

ornati dialogi senariis similes sunt, in altero autem pari haec respondent:

⏑–⏑–|⏑⏖⏑–|⏑ – ⏑–
=⏑–⏑–|⏑ – ⏑–|⏑⏖⏑–

Ubi cum longis solutis haud multum tribuisse videamus poetam, eo magis ancipites syllabas semper breves esse mirum est.

Hec. 651. De Hec. epodo a. v. 649 iam egimus (p. 37), cuius tertius versus hic est trim.:

⏑–⏑⏖|⏑–⏑–|⏑–⏑–,

qui a dactylis facile seiungitur.

Hec. 950. Brevibus solutis ad genus melicum referendus est iterum in epodo trimetrus v. 950, si quidem versus ita distinguimus ut editores solent. Tamen hoc loco res difficillima est neque ad eam quaestionem, de qua agimus, quicquam refert, hoc alione modo versus dirimantur.

Suppl. 71. A trimetro incipit tertia Suppl. parodi stropha, de qua supra p. 9, ut de toto cantico (p. 34, 1) iam verba feci. Responsio singulorum verborum ideoque caesurae est accuratissima:

71. *ἀγὼν ὅδ᾽ ἄλλος ἔρχεται γόων γόοις*
=79. *ἄπληστος ἅδε μ᾽ ἐξάγει χάρις γόων,*

trim. integram habet formam:

⏑–⏑–|⏑–⏑–|⏑–⏑–

Suppl. 365. Iterum iambicum est canticum inde a. v. 365. Periodi in priore stropharum pari non possunt seiungi, sed si dividamus versus, caveamus, ne editores sequamur. Hoc enim modo meri iambi decurrunt:

365. *ἱππόβοτον Ἄργος, ὦ πάτριον ἐμὸν πέδον,*
ἐκλύετε τάδε γ᾽, ἐκλύετ᾽ ἄνακ-
τος ὅσια περὶ θεοὺς καὶ
μεγάλα Πελασγίᾳ καὶ κατ᾽ Ἄργος,

i. e.:

– ⏕ ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏕ | ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏕ ⏑ ⏕ | ⏑ ⏕ ⏑ –
⏑ ⏕ ⏑ ⏕ | ⏑ –   –
⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ –   – | ⏑ –   –

Trimetrus, quem ego quoque in initio statui, praeter primam nullas habet productas syllabas.

De altero stropharum pari et de canticis, quae sequuntur, egregie egit Wilamowitzius in Comm. metr. p. 11. 15. 12. Hi sunt trimetri:

Suppl. 373. v. 373 = 377:
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

602. v. 602 = 612:
⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

antec.:
⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

sequ.:
⏑ –   – | – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

617. v. 617 = 626:
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

sequ.:
– ⏑ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ –   –

Suppl. 783. v. 783 = 791:
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

antec. et seq. iambi.

His igitur locis omnes versus vix distant alius ab alio, a dialogi autem senariis admodum discedunt, cum nulla syllaba producta admissa sit.

Herc. 416. Canticum iambicum etiam in Herc. est, in quo v. 416 extat:

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
= 432. ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –

Distinctio versuum certa non est, cum sequatur

⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – – .

Herc. 770. Plane eodem loco et eadem ratione in eadem fabula positus est v. 770:

⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –
= 779. ⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –,

sequitur idem:

⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –

Ion. 121. In Ionis cantu est v. 121:

⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ –,

antec. et sequ. glyconei.

Troad. 1085. Troad. v. 1085 = 1103:

⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

in stropha syllaba ancipiti, in antistropho hiatu divisus a reliquis, neque Wilamowitzii permagnas probo coniecturas, quae metri, non sententiae causa viro docto necessariae videntur.

Iph. Taur. 399. Addam hoc loco etiam Iph. Taur. 399:

⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ ⏓,

etsi trimetrus inusitatam praebet formam et totum carmen est ex difficillimis neque certa ratione trimetrus secluditur. Antistrophi versus graviter corruptus est et editores id, in quo maxime oportet offendere, plane videtur fugisse, cum neque *ἐλπὶς γένετ' ἐπὶ* – – ⏑ ⏖ ut iambici metri initium medio in versu tolerari possit neque *πήμασι βροτῶν* – ⏖ ⏑ –, ut iam ex eis locis, quos adhuc tractavimus, et multis aliis apparet. Quare primum *ἐλπίς* et ⟨*ἐ*⟩*γένετ'* transponenda sunt. Cf. in str. *τίνες ποτ' ἄρα* = ⏑ – ⏑ ⏖. Reliqua difficiliora sunt. Nam etsi *πήμασιν* tolerari non potest, tamen simile verbum sensu flagitatur.

Hel. 234. 43. Inseram hic etiam Helenae epodum a v. 229, de qua nemo dubitet, quin cantata sit. De toto carmine iam dictum p. 17 sqq. Trimetrorum formae hae sunt:

234. ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
243. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏒

Hel. 1117. Eisdem verbis: *βαρβάρῳ πλάτᾳ* finitur v. trim. Hel. 1117, quem alter sequi videtur trimetrus iambicus (= 1132. 1133). Versus gravissimis laborare corruptelis nemo est quin videat. Attamen mirum est viros doctos duas res, in quibus maxime haerere debemus, plane omisisse. Nam primum in una eademque fabula duos trimetros cantico alicui insertos eisdem verbis terminari non Euripidis, non poetae Graeci est, tum quod duo integri senarii eodem modo compositi in carmine alius generis sequuntur, neque ullo exemplo probari neque tolerari potest. Quare dubitare non possumus, quin verba *βαρβάρῳ πλάτᾳ* hic interpolata sint. Quae sint supplenda, difficillimum est diiudicatu, cum nec de metro certi quicquam constet neque ex antistropho corrupta ulla res appareat. Neque enim ibi verba eodem loco posita *βαρβάρου στολᾶς* habent, quo referantur, neque omnino metrum retineri potest. De sanando loco nihil audeo proferre, viam quidem emendandi quam equidem ingrediar, indicem. Cum ne prima quidem verba habeant, quo apte referantur, aut seiungendus est omnino versus aut cum eis coniungendus quae antecedunt. Versibus sqq. subiectum deest, quod optime Wilamowitzii coniectura *Μενέλας* pro *νεφέλας* restituitur, etiam altera emendatione *ὁ δ' ἕσυτο* recepta. Verbum *βάρβαρος* ad strophae similitudinem factum delendum et ex altero *στολᾶς* subiectum ad illud *ἀλίμενα ὄρεα* et ad verbum finitum quod desideratur supplendum. De metris dubito, quippe quae senarium non expleverint.

Hel. 1148. In altero stropharum pari haec respondent:

1148. ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –
= 1162. – ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑⏑ ⏑ –

Stropham Hermannus optime restituit, antistrophi scriptura vix recta est, cum illud *φλογμὸς—φλόξ* ieiunum durissimumque mihi videtur. *φλογερός (L G)* retinendum et *φλόξ* delendum puto, neque vero equidem habeo, quod apte substituatur. Neque etiam metrum eo modo videtur mutari. Et primam syllabam produci

posse et theses solutas inter se non respondere iam saepius vidimus. Antecedit trim.:

— — ⏑ — | — ⏑ — | — ⏑ —

sequ.:

⏑ ⏕ ⏑ ⏕ | ⏑ ⏕ ⏑ —

Bacch. 997. Ultimum horum trimetrorum reperimus in Bacch. 997:

⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏕ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

Quos haud paucos locos considerantibus nobis, quae sit lex componendorum trimetrorum in partibus cantatis, apparet. Neque enim virorum sapientium, philologorum est, cum tot sint exempla, omnia casui tribuere. Videmus in trimetris cantatis nullam syllabarum „ancipitum" produci nisi primam totius versus.

Quae regula minus videtur mira, cum eas res, quas optime Blassius ex Aristoxeni fragmento metrico (Grenfell-Hunt, Oxyrrh. pap. I, p. 14 sqq.) demonstravit (Neue Jahrbücher 1899 I, p. 30 sqq.), observemus, ea metra, quae vocat Aristoxenus *δακτύλους κατὰ ἴαμβον,* ab eis, quae simpliciter iambos nominat, distinguamus. Egregie Blassius (p. 41 sqq.) cognovit hoc loco de eo metro agi, quod producta prima syllaba hoc — — ⏑ — fieri potest, et de eo, in quo ea licentia non admittitur. Neque ea re perspecta impedimur, quominus recte ubique „metrum" iambicum statuamus hoc: ⏑ — ⏑ —, non semiambum ⏑ —. Utramque iamborum rationem in tragicorum canticis inveniri idem vir doctus demonstravit. Iam intellegimus in trimetris partium lyricarum nusquam ab Euripide *δάκτυλον κατὰ ἴαμβον,* sed ut clare secernat dialogi rationem a canticorum, solos „iambos" adhiberi. (Omnino ille *δάκτυλος κατὰ ἴ.* rarus est in posterioribus poetae fabulis. Sed incerta est res, cum versus iambicos nisi hiatu aut brevi syllaba non possimus seiungere. Quare eam quaestionem in aliud tempus differre cogor.)

At proferat quispiam Alcestin, de qua nondum verba feci, atque praedicet ea una fabula legem, quam modo statuimus, inanem esse demonstrari. Nam videamus primum chori stasimum. Carmen admodum corruptum plane non potest emendari, sed quae sint menda, facile intellegitur.

Antistrophi interiectiones, quae sunt in primo versu (232), ad explendam lacunam additas Dindorfius perspexit neque hoc loco tot metra exclamationibus possunt confici. Quare etiam strophae emendatio incerta esse debet. Verba πῶς πᾷ (27) ut traduntur inepta sunt et fieri potest, ut prorsus sint delenda.

Altera corruptela ab editoribus neglecta perspicitur, cum perturbatum consideremus sententiarum ordinem. Chorus anxie quaerit: „Exibitne quis?" (Nam et laeta et lugubria potest proferre nuntius, qui ex aedibus procedat.) Tum libri pergunt: „an crinem resecem . . . " Apparet excidisse verba: „Utrum gaudere licet an . . . " Antistrophi versus iterum praebet interiectionem, quae quater posita vix retineri potest, praesertim cum denuo videatur lacunam explere.

Iam videamus numeros: Interiectionem ἰώ (in ant. παπαῖ) secernendam esse a reliquis metris editores fugit, cum iamborum legum imperiti fuerint. Tamen sex metra iambica facile decurrunt, quae recte legat, qui numeros didicerit observare et iamborum quae sint variae formae, noverit. Versum traditum (221) corruptum esse etiam e numeris intellegitur, cum equidem quomodo metiar, plane ignorem. Qui si antistropho fidem habemus, videtur fuisse:

– – ⏑ – | ⟨– ⏑ ⏑⟩ – | ⏑ – ⏑ ⏒

Sequuntur quattuor metra iambica primo tertioque per anaclasin inflexo et iterum septem usque ad finem continuata, cum nullus sit hiatus. Quae syllabatim perscripta haec sunt:

– ⏑ – | ⏑ – – – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏓ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – |
⏑ – –.

Syllaba producta medio in versu, quam cod. Pal. secuti facile eicere possumus, non mutanda videtur, cum versus, qui sequuntur, eandem praebeant licentiam:

⏓ – ⏑ – (hiatu a reliquis clare seiunctum)
– – ⏑ – | ⏒ – ⏑ – | ⏒ – ⏑ –

Senarius est ex dialogi usu conformatus, quem in carmine lyrico nusquam apud Euripidem reperias, sicut eum versum, quem supra exscripsi, et alium in Alcestidis monodia:

v. 254. ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | – – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – –
= 261. ⏑ ⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

Quae cum ita sint, concedere nos oportet Alcestidis iambos abhorrere a reliquarum Euripidis fabularum, cum hic in quovis versus loco breves producantur. Tamen ipsius Alcestidis exemplum non valet legem illam infirmare, sed demonstrat Euripidem in prioribus fabulis eam neglexisse, ut ita dicam, postea autem stricte vidimus eam observatam esse. Nam tenendum est inter Alcestin et Medeam septem annorum spatium interesse. Qua aetate, quam accuratius nos non perspicere querimur, eum poetae usum ortum esse manifestum est.[1])

§ 2.

Priusquam ad difficiliora transeamus, eos locos breviter enumerem, quibus etsi parti alicui lyricae trimetri inserti sunt,

---

[1]) Hoc loco paucis verbis addam, quomodo ceteri poetae tragici trimetros iambicos soleant componere. Non mirum est, quod Aeschylus eam legem, de qua disputamus, nondum observavit, cum mortuus esset multis annis ante quam ipsum Eur. cognovimus eis regulis se obligasse (cf. Blaſs „Zu Aeschylos Choephoren" Herm. XXXIII, p. 181). Etiam Sophoclem multo liberius metra iambica composuisse quam Eur. his locis apparet: El. 1084 *ζῶν κακῶς εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει* = 1091 *χειρὶ καὶ πλούτῳ τοσόνδ' ἐχθρῶν, ὅσον.* 1278 (epod.) *τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι.* Oed. R. 889 *εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως* = 903 *ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις* (et mult. al.). Tamen in p l e n i s senariis eandem legem ex eodem fere tempore videtur observasse. Nam in Aiac. et in Ant., quae fabulae actae sunt ante eam aetatem, hos trimetros cantatos invenimus: Ai. 176 *ἦ πού τινος νίκας ἀκάρπωτος χάριν* = 187 *καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν.* 367 *οἴμοι γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα* = 382 *ἦ που πολὺν γέλωθ' ὑφ' ἡδονῆς γελᾷς.* Ant. 1272 *ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ* = 1295 *κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.* 1274 *ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς.* = 1298 *ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον.* In reliquarum vero fabularum canticis syllabae ancipites nusquam productae sunt (cf. Oed. R. 192 = 206, 1331 = 1350, 1335 = 1355; El. 126 = †142, 476 = 493; Trach. 137 [epod.] 207, 217 [astr.] 955 = 964; Phil. 135 = 150; Oed. Col. 539 = 546: Chor. ⏑ – ⏑ Oed. – ⏑ – ⏑ Ch. ⏑⏑ Oed. ⏑ – ⏑ –), cum ei senarii, quos pronuntiabant histriones, vel in partibus lyricis pleni sint syllabarum longarum (cf. El. 1235, 1255; Oed. R. 1317 sq., 1325 sq.; Trach. 871 sqq., 889, 891; Oed. Col. 837—840, 880—883). Duos locos, quibus regula non videtur observata El. 1390 = 1397, Phil. 676 = 691 corruptos esse omnes editores consentiunt. Quare, nisi quid me effugit, eadem, quae de Eur. accuratius conatus sum ostendere, etiam ad Sophoclis fabulas pertinent.

tamen res facillima est diiudicatu, cum altera persona canat, altera loquatur.

Sunt hi:

Hipp. 565 sqq. Chorus cantat, Phaedra loquitur. Interiectiones saepius ut etiam in diverbio intermixtae sunt.

Andr. 825 sqq. Herm. cantat, nutrix loquitur.

Hec. 684 sqq. Hec. cant.

688, 698, 701 servae, 693, 709, 712 chori trimetri.

Herc. 1178 sqq. Amph. cant., Thes. loqu. (De Thesei versibus ab Amphitr. exceptis infra dicendum.)

Ion. 763 sqq. Senex et coryph. loqu., (v. 772—775, 778—781, 785—788, 792—795 binis senis, binis chori trimetris compositi), Creusa cant.

1441 sqq. Ion. loqu. (cf. ad Herc. 1178), Creusa cant.

Tro. 238 sqq. Talth. loqu., Hec. cant.

1230 sqq. Chor. cant., Hec. loqu. (cf. ad Hipp. 565).

Iph. Taur. 643 sqq. Chor. cant., Or. et Pyl. loqu.

827 sqq. Or. iterum loqu., cum Iph. cantet. V. 861 sqq. iamdudum a Tyrwhittio recte singulis personis tributi, de qua re, cum et sententia et carminis ratione poscatur, nihil ultra dicendum. Tamen unus v. 832 multas praebet difficultates. Libris traduntur haec:

κατὰ δε δάκρυ, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρᾷ

i. e. ⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑ –,

quae duos explent versus dochmiacos. Sed ii cantabantur neque Oresti cum in tota parte omnino nihil nisi trimetros habeat, „utpote virili ille atque sedatiore animo“ (Seidl.), hoc uno loco unum versum melicum tribuere possumus. Fieri posse concedo, ut senarium conemur efficere; tamen Seidlerus, qui inter versus cantatos haud satis accurate distingueret, magnopere in eo erravit, quod hunc trimetrum statuit:

κατὰ δὲ δάκρυ' ἀδάκρυα (sic Musgravius ex Ald.) *κατὰ [δὲ] γόος ἅμα χαρᾷ*

= ⏑⏑⏖⏑⏖|⏑⏖⏑⏖|⏑⏖⏑–

seu altero δὲ deleto:

⏑ ⏖⏑⏖|⏑⏖⏑⏖|⏑⏖⏑–

Eiusmodi versum nemo histrionum locutus est neque quisquam poetarum Graecorum in tragoediae dialogo finxit. Neque vero senarium restituere cogimur, nisi rationem antistrophicam, quam Seidlerus aperuisse sibi videbatur, tenendam putamus. Integri versus dochmiaci, cum libris tradantur, retinendi videntur neque vero Oresti tribuendi. Nam valde miror viros doctos non in eo haesisse, quod hoc uno loco, quo alterius generis versus intermixtus videtur, Oresti tres versus continuantur, reliquis unus, semel duo. Quare v. 832 Iphigeniae tribuendus est atque sententia interrupta et ab Oreste continuata optime quadrat ad totius partis rationem (cf. 865 sq.).

In ultimis Euripidis fabulis quippe liberrimis in compositione nulla est pars, in qua tam clare alteri personae versus tribuantur, nisi Bacch. 1032 sqq., ubi nuntius loquitur, chorus cantat.

Omnibus locis, quos modo enumeravimus, trimetri etiam permultis syllabis productis ad dialogi senarios prope accedunt.

§ 3.

Iam ad cantus alternos et monodias accedamus. Atque id quaeso teneamus verisimillimum esse personam, quae longiorem aliquam partem canat, omnia cantare, etiamsi versus forte est trimetrus iambicus, nisi ipsa versus compositione adducimur, ut separemus eum e cantu lyrico. Quare ab eis incipiamus locis, quibus trimetros videbimus cantatos fuisse.

Hipp. 368. Hipp. 368, 372 = 675, 678. Stropha est chori canticum, antistrophus Phaedrae. Versus sunt integri dochmii praeter duos illos trimetros. Quorum sententiae utrum ita cohaereant, ut seiungi non possint, necne, vix certe diiudicari potest et nimis in arbitrio positum. Momentum autem affert, quod nusquam ulla syllaba producta est, quae res casui non potest tribui. Huc accedit, quod etiam caesura utriusque versus

eadem est. De dialecto cum librarii huc illuc labantur, Doricas sequor formas: 368 ἐξέφανας (C), 370 τύχᾳ (omnes ll. praeter CL).

Hipp. 878. In eadem fabula iterum res facilis est, si codicum sequimur auctoritatem: v. 878. Versus non certe dividitur ab antec., qui idem trimetrus est iambicus altero metro anaclomeno:

⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ – (hiatus).

Omnia cantari manifestum est neque admissa est syllaba producta, duae autem solutae. Etiam hoc loco syllabarum brevium ratio valet ad reiciendas falsas coniecturas. Efficere enim voluerunt viri docti anaclaseos legis imperiti integrum trimetrum particula ἄρ' (Seidl.) seu γ' (Lindau) addita. Tamen versum

⏑ – ⏑ – | – ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

in cantico non tolerari demonstravimus.

And. 1197. Ex Andr. cantus alternus v. 1197 sqq. tractandus est. Neque vero de carmine adeo mutilato, cum vires non suppetant neque editores, quibus locis verba sint corrupta, perspexerint, quicquam certi dicere possumus.

Carmen est iambicum nullo alio metro admisso. Quare etiam omnes arbitror trimetros cantatos fuisse, etsi de v. 1204 et 1208 dubitari potest, an a coryphaeo dicantur. Quos tamen ex arsibus ubique brevibus concludi licet cantari.

Hec. 684. In cantico soluto Hec. 684 sqq. unam Hecubam cantare iam supra p. 118 monui. Cuius menda, cum compositionem indicarem p. 65, sanasse mihi videor. Cum et famula chorusque, qui loquuntur, et Hecuba trimetros habeant, optime illam de brevibus legem recte nos statuisse cognoscitur. Nam cum conferamus:

v. 688 Fam.: ⏓ – ⏑ – | – – ⏑ – | – – ⏑ –
(693 Chor.: – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –)
698 Fam.: – – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
702 Fam.: – – ⏑ – | – – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ –
713 Chor.: – – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

cum his:

Hec.:

v. 689. ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
699. – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
714. – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

manifestum est productas arses casui non posse tribui, sed quaecumque cantabantur, non tolerare illam licentiam. Totius versus primam syllabam aucipitem esse iam in chori canticis vidimus.

In Suppl. carminibus iambicis res facilis est.

De epodo inde a v. 824 iam dictum et trimetros v. 826 (chor.), v. 831 (Adm.), qui ipsa re metrica haud certe dividantur, tamen seiungenda esse ex cantici compositione demonstratum est (p. 11 sq.). Qui cum nullas habeant syllabas productas, cantati sunt.

Suppl. 1123. Carmina, quae a v. 1123 a filiis et matribus vicissim cantantur, a Wilamowitzio (in Comm. metr. I, 13 sqq.) egregie illustrata sunt. In prima stropha filii habent unum iambicum metrum in antistr. hiatu a reliquis seclusum, deinde duos integros senarios, qui continuari possunt, tum hunc trimetrum:

– ⏑ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –

Quare primo quidem nemo dubitaverit, quin etiam illi senarii cantentur. Tamen aliquo modo offendimus in eo, quod duo sunt trimetri nullo alio versu separati et quod a reliquis tantopere seiuncti sunt (hiatus antea et hiatus et syll. brevis in fine). Sed iam momentum affert, quod et filiorum cantus vix potuit constare e duobus illis brevissimis colis neque ulla brevis producta est. Tum etiam ea, quae sequuntur, comparanda sunt. Matrum enim canticum eisdem terminatur versibus:

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – –

Vehementer gaudeo, quod Marklandi coniectura, quam Wilam. iam reiecit, ea lege, de qua disputamus, clare repudiatur atque ille, qui poetam uberum nutritionem τροφὰς ματρὸς vocare posse negavit, etiam numeris refellitur et redarguitur. Nam illud *τροφαί τε μαστῶν* in initio trimetri non toleratur. Idem Marklandus eodem modo iterum in altera antistropho metrum

perturbavit. Strophae scripturam Wilam. Heimsoethium secutus optime restituit, antistrophum Elmsl. correxit:

χαλκέοις ὅπλοισ(ι) Δαναΐδᾶν στρατηλάταν.

Marklandus ex spuria lectione *χαλκέοισιν χαλκέοις ἐν*:

— — ⏑ — | — — ⏑ —

fecerat, quod Weckleinius, ut est numerorum imperitus, recepit, quamquam Elmsleyi emendationem non ignorabat. Sequitur denuo hic trimetrus:

— ⏑ ⏑ — | — ⏑ — | ⏑ — —

Tertia stropha a duobus incipit trimetris cantatis. In omnibus huius cantici locis theses solutae accurrate inter se respondent, libri semper etiam vocalem *α* pro *η* recte servarunt.

In Herc. demum saepius invenimus trimetros iambicos dochmiis insertos, et propterea hic primum dilucide apparet, quantopere trimetrus distet a trimetro, quam accurate alter seiungendus sit ab altero.

Herc. 880. V. 880 syllaba brevi a versu sq. divisus. Quem, etsi enuntiatum admodum est solutum, tamen cum breves omnes integrae sint, inter cantatos habeamus adiuti librorum lectione: *βέβακεν, ἁ.*

Herc. 905. Recte nos summam vim tribuisse syllabis brevibus versu 905 egregie confirmatur, quem hoc loco addam, quamquam de multis eiusdem modi versibus infra dicendum erit. Libri omnes versus choro continuant. Totum carmen pro stasimo cantatur, sc. ab universo choro — id hoc loco certum videtur, etsi Wilam., si verba eius recte interpretor, coryphaeo id tribuit. Cuius dissertatiuncula (Herc. II, p. 189 sq.), quamquam ei plane assentiri non possum, conferenda est. Nimium antiquam tragoediam intra philologorum terminos coercere mihi videtur, cum neget quindecim choreutas alternis potuisse canere cum uno histrione aut coryphaeum totius chori verba ad finem perduxisse. Recte quidem coryphaeo plura tribuuntur quam a librariis et editoribus fieri solet, tamen vix tota cantica, sed singuli versus.

Hoc loco Wilamowitzius et Weckleinius recte cognoverunt nonnullos versus choro non posse tribui atque Wilam., qui hoc ipsum

canticum egregie illustravit, mihi persuasit, ut Amphitryoni eos demus, etsi simplicius — quod miro modo nemo editorum coniecit — eis personis, qui in aedibus sunt, tribuuntur, primus liberis, alter tertiusque Megarae. Sed iam haec mittamus et ad ipsam rem redeamus.

Wilam. etiam v. 905 Amphitryoni tribuit, nulla quidem probabili causa, cum coryphaeus optime eum loquatur. Quem versum excidendum esse ex reliquo cantico, iam sensu demonstratur, cum chori verba de sene quaerentia interrumpat et animum ad aedes corruentes adducat, neque vero eum fuisse cantatum ex forma intellegitur:

⏑–⏑–|––⏑–|––⏑–

Quare coryphaeo tribuendus est, qui cum viderit aedes deleri, id choro enuntiat, qui tum denuo cantare coepit.

V. 896, quem Wil. Amphitryoni tribuit, utrum cantatus an pronuntiatus sit, certe diiudicare non potest. Qui referendus est in numerum eorum dictorum, quae cum senarium non expleant, a choro ita continuantur, ut aut plenus trimetrus aut alius versus efficiatur. Quare illud *δάιον τόδε* re metrica arte coniunctum est cum Amphitryonis verbis neque v., qui statui solet:

δάιον τόδε δάιον μέλος ἐπαυλεῖται,

ullo modo recitari potest. Quae cum faciamus, verisimilius est Amphitryonem locutum esse hunc versum (⏑–⏑–|––⏑), etsi reliquae exclamationes cantatae sunt. Quae tamen in colo tam brevi dubia sunt.[1])

[1]) In Herc. v. 1184sqq., ubi Theseo versuum initia tribuuntur, ex ultima longa arsi (*εὔφημα φώνει. ὦ δεινὰ λέξας. τί φῄς; τί δράσας*) nihil concludere possumus, etsi hos quoque versus locutus est histrio. Nam potest deduci syllaba longa e totius versus natura qui iambelegus est et illam longam ante membra anaclomena solet praebere. Cf. Ion. v. 1441, qui a Creusa cantatur:

⏑–⏑–––⏑⏑–⏑⏑–

Cf. etiam vv. sqq., quos editores falsissime dividere solent, cum eadem ratione metiendi sint: ⏑–⏑–⏑ : –⏑⏑–⏑⏑–, idem v. 1483: ⏑–⏑–– : –⏑⏑–⏑⏑––– (cf. Herc. 1184). Quo cantico non semper tam facile senariorum fragmenta coniungi cum numeris cantatis demonstratur. cf. enim v. 1497, etsi sq. corruptus est, imprimis autem v. 1501, qui ne ab arsi quidem incipiat.

Cf. v. 918 sqq., ubi nuntius semper loquitur, chorus seu potius coryphaeus versus inquiete interrumpit simulque continuat. Quare quod Wilam. recte aperuit nuntii verba a choro ita continuari, ut senarius efficiatur (dim. catal. 913), ad ipsam quidem rem metricam pertinet, in acta autem fabula versiculi clare inter se differebant. Etiam hoc loco versus, quos loquitur nuntius, syllaba producta ornati sunt, (ῶ λευκὰ γῆρᾳ σώματ'), chori autem partes longis vacant.

Herc. 1081. V. trimetrus, qui in proximo cantu alterno 1081 invenitur, casui tribui potest neque quisquam dubitaverit, quin cantatus sit.

Troad. 316. Troadum prima Cassandrae monodia tam salebrosa etiam trimetrum praebet confragosum. Magnopere dolendum est hoc ipsum carmen, quod summa poetae arte tragica confectum est, nondum sanatum esse, fortasse numquam sanatum iri. Iam primi versus, quos restituere conati sunt editores, non sunt Euripidis arte metrica digni, praesertim cum iam supra viderimus dochmiorum genus nequaquam esse tam inconditum quam putarunt viri docti; neque equidem locum inveni, quo hi inter se respondeant vv. dochmiaci:

⏑⏑⏑⏑⏑⏑ –
= –⏑⏑ – ⏑⏑⏑

Praeterea verba *εὐᾶν εὐοῖ* ut clare respondentia verbis *ἰδοὺ ἰδού* ex hoc versu separandi sunt ita ut versuum sqq. responsio optima fiat:

λαμπάσι τόδ' ἱερόν.	*ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ*
ἰδοὺ ἰδού.	*— εὐᾶν εὐοῖ —*
μακάριος ⟨μὲν⟩ ὁ γαμέτας	*μακαριωτάταις τύχαις.*
× × ×	*ὁ χορὸς ὅσιος,*
μακαρία δ' ἐγὼ	*ἄγε σύ, Φοῖβέ, νυν·*
βασιλικοῖς λέκτροις	*κατὰ σὸν ἐν δάφναις*
κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα	*ἀνάκτορον θυηπολῶ.*

Eodem modo etiam priores versus respondisse alterum alteri etsi persuasum habeo, tamen mutare quicquam dubito, cum illud

πάλλε τοδ' αἰθέριον vix velit corrigere, qui Euripidis quae sit dicendi ratio cognoverit. Accedit, quod eadem est difficultas in recitandis vv. sqq. Editores satis habuerunt meliorem codicum lectionem *ἀναγέλασον* in antistropho reicere et deteriorem *ἄναγε πόδα σόν* (sequitur enim *ποδῶν* in v. sq.) recipere, quae aliquo modo eosdem numeros praebet quos stropha:

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑
⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | –

etsi nemo dixerit, quales sint. V. trimetrus, qui sequitur, in stropha hanc habet formam:

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ ⏖ .

in antistr. hanc:

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ –

Sequitur: ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

In ultima thesi soluta offendi non posse iam vidimus, tamen illud *πατρίδα τε* vix iure retinetur.

Troad. 1311. Multo magis insolenter respondent vv. trim. 1311 = 1326 in illo cantico iambico, quo, ut Wilamowitzii utar verbis, poeta tam nove quam andacter fabulae finem facit. Totum carmen ab hoc viro doctissimo in Comm. metr. I, p. 18 sqq. tam egregie illustratum, ut verbo non iam opus sit. Antecedit:

⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – [1])

Versus ipse in stropha hoc modo compositus est:

– – ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ,

in antistropho hoc:

⏑ ⏖ ⏑ – | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ – ⏑ – .

De prima syllaba iam dictum est, tertii autem metri arsis brevis esse debet (*πάτρας*) et Burgesii coniecturam *ἐπικλύζει* falsam esse apparet; neque cognovi, cur haeserit in verbis traditis.

Iph. Taur. 827. Ex Iph. Taur. hic unum locum commemoro, de quo iam supra disputatum est. In cantico, quod alternis

---

[1]) In antistr. Seidl. bene *περγάμων τε κτύπον* scripsit.

dicunt Orestes et Iphigenia, Iphigenia habet nonnullos trim. iambicos, v. 827, 836, 843, 845, in quibus bis (827, 843) prima syllaba producta est. Qui cantati esse videntur, quamquam qui primum versum non posse locutum esse histrionem sponderet, ineptus esset.

El. 1177 sqq. Iam accedamus ad Electrae ultimum canticum quod alternis dicunt chorus, Electra, Orestes. De versibus dochmiacis, qui antecedunt, et de primo stropharum pari admodum difficili infra disputandum erit, hoc loco duae ultimae iambicae inserantur plenae quidem trimetrorum qui tamen adeo coniuncti sunt cum reliquis versibus cantatis, ut vix possint dirimi. In priore stropha Orestes habet sex metra continuata: trim. plenum, trim. catalecticum, deinde quinque metra, quorum prima syllabis suppressis propius accedunt ad genus melicum; finem facientia senarii speciem praebent. Chorus exhibet iterum sex metra iambica, quae eodem modo disiuncta sunt, ut alter versus integer, alter brevibus suppressis variatus sit. Longae solutae non respondent, breves autem omnes integrae sunt.

Librariorum errores omnes fere Seidlerus ingeniose cognovit et correxit.

In ultima stropha Orestes habet septem metra. Utrum trimetrus 1221 recte seiungatur, incertum est (ego malim ἐμαῖσι secundum codices et in antis'r. πέπλοισ(ι καὶ)). Electrae quattuor iambi tribuuntur, choro unus versus, qui alius generis esse videtur.

Hel. 368. Etiam in Hel. primo cantu alterno editores, ut semper fere, trimetrum seiungere solent v. 368, nequaquam certa ratione, cum hic dimetrus: ⏑⏑⏑⏑– | ⏑–⏑– antecedat.

Phoen. 302. In cantata monodia continua, tam longa quam Phoen. 302 sqq. histrionem paucos versus 305, 327, 338, qui forte trimetri iambici formam haberent, locutum esse quis est, qui arbitretur? Rem metricam cum respiciamus, optime nova sententia periodusque a senario exorditur, in acta fabula non potuit alter versus dirimi ab altero. Atque etiam hic syllabis ubique brevibus res confirmatur. De primis versibus iam supra (p. 93)

breviter egimus. Trimetros, quos exhibent libri Laurentiani, homo et rei metricae et Euripidis artis imperitus consuit, libri Marciani lectio quamvis incerta retineri potest.

Phoen. 1710. Ultimi cantici trimetri vix commemorandi — coniuncti enim sunt cum versibus iambicis, qui sequuntur —, nisi quod etiam in v. 1743 et Musgravius, qui *σοῦ* supplevit, et Matthiae (*σῶν*) trimetrum statuerunt probatum editoribus, qui ut de re apertissima nihil ultra cogitaverint. Antecedit autem versus iambicus:

– ◡ – | ◡ – – ,

sequitur idem soluta prima longa, inter quos tres senarii, quales in sermone exhibentur, inseri nullo modo possunt. Qui iam multitudine insolita in suspicionem vocantur. Sed ante numeros ipsa lectio spectanda exquirendaque est. Ex scholiastae adnotatione recte se supplevisse viri docti sibi persuaserunt. Sed quae exhibent scholia? Nonne haec: *ἀθλία εἰμὶ ἕνεκα τῶν σῶν κακῶν καὶ τῶν σου ἀδελφοῦ Πολυνείκους ὑβρισμάτων*? De Oedipi igitur malis dicit scholiasta et de Polynicis sceleribus, quorum alterum in lectione tradita nullo verbo commemoratur. Hic igitur fere fuit versus:

τάλαιν' ἐγὼ σῶν παθέων
συγγόνου θ' ὑβρισμάτων.

V. sq. retineri potest, cum *νέκυς* longa cum vocali *υ* pronuntiari possit, ut *στάχυς* Herc. v. 5. Quod cum corrector quidam ignoravet, mutatum in cod. Laur. in:

ἄθαπτος οἴχεται νέκυς.

Sed in puerili fere dicendi ratione: *ὃς ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται, ὃν σκότια γᾶ καλύψῳ* iure quispiam haeserit. Tamen in his Phoenissis, quam fabulam parum accurate conscriptum esse neminem, qui attento animo legit, fugit, ea argumenta haud multum valent. Fieri autem potest, ut etiam ille versus corruptela aliqua laboret, cum iam supra p. 25 quo modo singula membra videantur respondere, attulerim. Quae cum ita sint, ego unum trim. v. 1745, qui sane cantatur, retineo; quae antecedunt, iambica fuerunt, quot aut qualia, diiudicare non audeo.

Or. 960. Simplicius est carmen iambicum in Or. v. 960 sqq., quod ab Electra cantatur. Quo in emendando lapsi sunt editores, quod iambi ut saepissime nonnullis locis prima brevi suppressa trochaeorum similes sunt. Octo metra continuata decurrunt, quorum ultima hanc habent formam: — ◡ — | ◡ — — (in antistr. Musgr. recte *ζῆλος* pro *ζηλωτός* scripsit), deinde trimetrum iambicum sequitur versus corruptus, qui deleto verbo *Περσεφάσσα* non sanatur, cum duas syllabas deesse antistropho demonstretur:

— ◡ — | — ◡ — | ◡ — —

Sequuntur haec:

◡ — — | — ◡ — | ◡ — ◡ — [1])

et senarius et iterum v. corruptus (trochaeum *πήματ' οἴκων* vix recte restitui, sed in antistr. nonnulla puto excidisse). Finem faciunt septem metra iambica. Trimetros, qui videntur esse, ex carminis genere apparet deducendos esse.

Or. 986. De epodo iam dictum est. Versibus quales

986. *ὃς ἔτεκεν ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων*
990. *πελάγεσι διεδίφρευσε, Μυρτίλου φόνον*

demonstratur etiam v. 997 et similes:

λόχευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου

cantatos esse, nisi iam ex carminis compositione intellegeretur.

Or. 1369. Phrygis monodia admodum festiva, qua Orestis Pyladisque facta narrantur, ut una tractanda et versus trimetri, qui in ea reperiuntur, primum enumerandi:

v. 1409. Antecedit:

— ◡ — | ◡ — ◡ —,

sequitur:

◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — —,

---

[1]) Quos Weckleinius effecit „numeros“

◡ — — ◡ — ◡ — ◡ —

ipsum unum quomodo recitentur puto novisse. Ad iambos certe referri non possunt.

Quare versus, qui sensu cum eis, qui circa sunt, arte coniunctus est, aegre separari potest. Syllabis productis caret.

v. 1413. Qui dividitur syllaba brevi, quae prioris versus finem facit, sensu tamen cohaeret cum illo. Arses purae.

v. 1447. In quo solute posito senarii forma ob eam rem usus est poeta, quod Pyladis verba enarrat servus, quae si in scaena dicta essent, trimetro expressa essent. Quae res clare indicata est prima brevi producta. Praeterea conici potest modos ita comparatos fuisse, ut sermoni similes essent. Praeparatur tamen eius versus metrum et continuatur, ut fieri solet, aliis versibus iambicis. Cf. supra p. 99. Versus, quos editores solent dirimere inde a. v. 1444, nulli sunt, auribus satis blanditur aequabilis versuum fluxus, si seiungimus ut feci neque versuum monstra statuimus. Eius versus, quem Weckl. effecit verbo ἰύζων inserto, iterum ipse reddat rationem:

⏑ — — ⏑ — — —

v. 1471. Prima syllaba rursus producta. Etiam hunc versum etsi in dialogo omni nuntio tribui potest, cantatum esse apparet, cum ancipites syllabae breves sint. Quae antecedunt et sequuntur, iambica sunt, cf. p. 100, nisi denuo Weckleinium secutus imprudenter dividas, sed iamborum cursum observas.

v. 1474. 1475. 1477. Quae ad v. proximum dicta sunt, hoc loco multo etiam dilucidiora sunt. Versus syllabis productis carent praeter primam v. 1474. Antecedit trimetrus:

⏑ — — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

insertus est trimetrus.

v. 1481. Versus, qui antecedunt, equidem legere nequeo, etiam sqq. difficilia sunt.

v. 1489. Antec. dim. iamb., sequ. quinque dochm.

v. 1493. Antec. dim. iamb., sequ. trim. ultimo metro anaclomeno et trim. catalecticus. Metra igitur novem continuata, quae certa ratione non possunt disiungi, ut omnes fere ultimae periodi versus.

Quos versus respicientibus nobis argumentum, quod positum est in arsibus ubique puris, totam rem, de qua disputamus,

apparet, decernere. Nam multa proferat quispiam: in monodia tam longa intersistere debuisse histrionem, ut respiraret; nonnullos versus ita solutos esse, ut optime servus eos loqueretur, praesertim cum sensu et dicendi ratione vix distarent ab eis, qui in diverbio nuntiis tribuerentur. Tamen cum tot exempla praebeat monodia, non admittere voluisse videmus poetam eam licentiam, qua in dialogo semper utitur, neque alia causa potuit commoveri quam quod ipse cantui tribuit illos versus.

Iph. Aul. praetermitto, quod multae aliae quaestiones solvendae sunt, priusquam ex ea fabula „exempla" afferamus. Neque vero trimetri cantati 1284, 1311, 1318; 1488, 1516 abhorrent ab Euripidis more.

Haec hactenus. Videmus permultis variis causis poetam commotum esse, ut partibus lyricis trimetros iambicos itidem cantatos intermisceret. Qui modo periodi alicuius initium faciunt, modo finem; modo ex ipsa re, modo e numeris eorum versuum, qui antecedunt seu sequuntur, deduci possunt.

Summam vim tribui syllabis brevibus. Atque mihi persuasissimum est id non ad meum me fecisse arbitrium, sed ipsis Euripidis fabulis demonstrari omnes trimetros cantatos syllabis productis carere (praeter primam totius versus), nullam contra dialogi maiorem partem tam sinceros praebere versus. Iam videamus multos versus pronuntiavisse histrionem, quos editores, cum de ea re non cogitarent, ipsis canticis tribuerunt.

§ 4.

Med. 1271. Primum canticum, in quo viros doctos intellegimus ignorare, quae sit difficultas, est in Med. 1271, quod chorus cantat, dum in aedibus Medea liberos occidit. Prius stropharum par inde a v. 1257 e meris constat dochmiis, alterum ex iisdem versibus interruptis liberorum anxiis senariis, qui ad antistrophicam rediguntur rationem, cum chorus ipse eos in antistropho excipiat. Praeterea duos trimetros chorus in antistropho habet, quos in stropha excidisse Schoenius cognovit. Qui etiam in stropha choro tribuendi videntur, cum in v. 1275 verba *παρέλθω δόμους* aliis egeant, quibuscum coniungantur. Num Hensius illa *ὦ θερμόβουλον*, quae scholiasta ad Arist. Ach. 119 ut in Eur. Med.

inventa affert, recte huc rettulerit, hoc loco nequeo quaerere. Equidem chorum de Medea his verbis acerrimis non puto uti posse, cum semper a Medea stet neque, etsi de facto queritur, duris verbis in eam invehatur. Tamen quod Iasoni tribuenda illa verba arbitror, longum est hic explicare, cum non cum hac re cohaereat.

Versus 1277 sq. a liberis in aedibus cantatos non esse verisimile est, ipsa autem forma omnem tollit dubitationem:

v. 1278. — — ◡ — | — — ◡ — | ◡ — ◡ —,

sic etiam in chori verbis:

v. 1288. — — ◡ — | — — ◡ — | ◡ — ◡ —
◡ — ◡ — | — — ◡ — | ◡ — ◡ —

Consilio fere quodam posuisse videtur poeta graves illas arses, ut praeclare disiungat hos versus a reliquis cantatis. Quare in v. 1288 *ἀκτῆς* librorum retinendum est. Versus per se quemque stare posse apparet. Nam verbis quidem, quae a choro cantata antecedunt, nihil deest:

πιτνεῖ δ' ἁ τάλαιν'
ἐς ἅλμαν φόνῳ
τέκνων δυσσεβεῖ,

atque etiam trimetri ipsi, etsi adiunguntur enuntiato antec., tamen eodem modo separari possunt, quo aliis locis in diverbio altera persona alterius sententiam excipit et continuat.

Manifestum est plane eadem ratione trimetros 1284 sq. positos esse. Tamen inopinatum accidit, ut in utroque versu nulla syllaba longa sit, praeter primam (*Ἰνώ*), quam etiam in cantatis partibus invenimus, atque doleo, quod strophae versus perierunt, cum fore confidam, ut rem firmarent atque probarent (ut illud *ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον*).

Qui versus cum coryphaeo tribuendi sint, ceteros a toto choro puto cantatos. Nam in memoriam revocentur, quae supra ad Herc. dicta sunt. Dubitationem movere non potest, quod singulari numero chorus de se ipso dicit, cum id saepius fiat. Atque contra puerum, qui verba 1277 sq. audivit, clamare: *ναί, πρὸς θεῶν, ἀρήξατε* mirum est, si unam feminam neque totum chorum cantantem audivisset. —

Fortunae adversae tribuendum est, quod de eis versibus, quos ut ex primis poetae fabulis primos tractamus, nemo, ni fallor, adhuc omnino dubitavit, quin cantata sint. Tamen quamquam melius fortasse quae proposui demonstrarentur, si a facilioribus ad difficiliora transgrederemur, viam ut ita dicam historicam quippe omnium tutissimam relinquere non audeo, ne deerrem.

Hipp. 817. In Thesei enim cantu lugubri, qui est in Hipp. v. 817 sqq., cum de uxoris morte certior factus sit maritus, ter bini senarii a cantico separandi et sermoni tribuendi sunt. Oportet totius carminis ingressum sententiarumque ordinem nos exsequi. Incipit Theseus dolore commotus a brevibus exclamationibus, dolori succumbit, urbem contestatur suum luctum summum esse omnium, fati invocatione primi versus terminantur. A fati memoria deducitur ad verba, quae sequuntur, neque iam in breves et abruptas voces effundit dolorem, sed considerat quasi commentaturque, quam perniciose fatum — ut ipsius verba reddam — ad se et genus suum accesserit, quantam maculam deus quidam ἀλάστωρ necopinanti sibi inusserit. Quamquam non nego verba esse excitatissima, tamen neminem dico qui attente hos versus recitet, fugere multum illos, etiamsi numeros omittimus, differre a vocibus desolatis, quae antecedunt et sequuntur. Pergit enim: „O excidium (mirum illud κατακονά, quod mutari non debet) vitae, quam non iam vivere possum (liceat mihi verbum verbo reddere, ne poetica deleatur vis!), o me miserum, malorum conspicio mare!“ Hucusque omnia summa arte tragica composita, brevibus exclamationibus, et imagine pulchra vehementissime animi eorum, qui audiunt, moventur. Tum vero ipsius imaginis vis valde deminuitur ieiuno fere enuntiato, quod adiungitur: „Tantum est mare, ut neque umquam retro (hoc verbum est, non „rursus“) ex eo enare nequo ex huius calamitatis unda possim exire.“ Nullum tam longum enuntiatum est in vv. dochmiacis neque antea nec postea et iterum res facile perspicitur. „Quod verbum infelix ego excogitem, ut sortem tuam, o uxor, miserrimam pronuntiem? — Nam ut avis e manibus elapsa es, celeri cursu („saltu“) ad inferos mihi profecta. — [Heu, heu,][1]) tristia, tristia ista mala! Antiquitus alicunde

[1]) Cf. supra p. 56.

iras fero deorum ex culpa cuiusdam maiorum.“ Satis habeo ipsius poetae verba reddere neque ultra puto verbis opus esse. Nam quis est, quin discrepantiam videat?

Tamen etiam antistrophum dissolvam, quippe quae multo etiam clarius ea ratione discindatur:

„Quae est sub terra, eam volo, quae est sub terra caligo, eam habitare tenebris mortuus miser ego, — cum tua privatus sim carissima consuetudine, perdidisti enim magis quam periisti — qualem audiam sortem mortiferam? unde, o uxor, ad tuum . . . .[1]) accessit animum? — Enuntietne quis, quae facta sint, an frustra tyranni aedes continent servorum meorum catervam? — O me miserum, o me tua morte miserandum, qualem aspexi generis mei luctum! — quem nec ferre possum nec verbis exprimere. Immo perii. Inanes aedes, etiam liberi orbi facti sunt. — Reliquisti, reliquisti me, o cara et feminarum optima, quotcumque videt solis splendor et noctis nitor astris illustris.“

Maxime operam dedi, ut poetae rationem redderem, et ne ordinem quidem verborum saepe ausus sum mutare, quem videmus in versibus dochmiacis liberrimum esse, in senariis autem eodem modo quo in diverbio conformatum. Versus dochmiaci brevibus exclamationibus, maestis querelis, nulla fere particula inserta ipsum canticum explent, trimetri iambici abhorrent ab Euripidis ratione, qua in eiusmodi locis carmina componit. Considerat enim Theseus, quanta sit calamitas, quae fuerit causa, quae efficiantur uxoris morte, ut etiam permultis particulis indicatur (bis *γάρ*, semel *τοσοῦτον ὥστε*, vel etiam illa interrogatio dimembris v. 842). Haec est ratio, qua senarii continuati coniungi solent. Quos versus non cantatos esse ab histrione ut ipsa re sic numeris manifeste demonstratur. Senarii quidem primi strophae longis carent praeter primam bis productam, in antistropho autem in altero metro bis longam habent; alterum trimetrorum par in stropha hanc praebet formam:

⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | — — ⏑ —
— — ⏑ — | — — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —,

in antistr.:

---

[1]) V. iterum supra p. 56 sq.

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ;

tertium in str.:

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – | – – ⏑ – | – – ⏑ – .

in antistr.:

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Quare huius cantici harmonia, quae hominis metrici auribus tam suaviter blanditur (v. supra), ab iis, qui audiebant, clarius perspiciebatur, dochmios enim cantavit Theseus, senarios pronuntiavit. Ne credat quis eo modo plane dirimi atque discindi canticum! Animus quidem Thesei maestus turbulentusque optime depingitur, cum modo cantet modo loquatur; arte autem musica ex multis partibus unum fecerat poeta canticum, tibiarum cantus numerique non interrumpebantur, ut actio ea fere esset, quam nos melodramaticam consuevimus vocare. Quam rem affirmari arbitror Aristotelis auctoritate, cum huc referam Probl. IX, 6, de quo loco multa disputarunt viri docti:

διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλές, καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης. τὸ δὲ ὁμαλὲς ἔλαττον γοῶδες.

Nam cum *καταλογή* sit „*τὸ τὰ ᾄσματα μὴ ὑπὸ μέλει λέγειν* (Hesych.)“, i. e. carmen aliquod pronuntiare, non cantare, *παρακαταλογή* nihil aliud significare potest quam „*παρ᾽ αὐλὸν τὰ ᾄσματα λέγειν*“, pronuntiare carmen, cum tibiarum modi non interrumpantur.

Heracl. 73. Multo etiam magis quam in Hipp. cantico opprimimur in perquirenda Heracl. parodo. Ne nimis sit inopinatus exitus, totum carmen pertractandum est. Sententiarum ordo nimis simplex est. Quare simul possumus observare, quibus numeris expressae sint sententiae. Breve est diverbium Iolai Copreique, quod cum audivisset, chorus auxilio accurrit. Ante ipsum chori carmen libris hi traduntur trimetri Iolao tributi:

ἔα ἔα· τίς ἡ βοὴ βωμοῦ πέλας
ἕστηκε, ποίαν συμφορὰν δείξει τάχα;

inepte quidem, neque fieri potest, quin ut Lachmannus fecit choro, i. e. coryphaeo tribuantur. Quod cum faciamus, verborum sensus sanus videtur esse, tamen tum demum difficultates exsistunt innumerabiles, inexplicabiles. Nam quo modo haec acta esse possunt? Semper apud Euripidem chorus prodit in orchestram (nisi iam initio adest ut in Suppl.) primum canticum cantans, quod parodum ob eam rem vocaverunt. Sed hic chorum iam in orchestra esse oportet, cum sequantur verba:

ἴδετε τὸν γέροντ᾽ κτλ.

Tamen totum chorum locum suum iam tenere, cum coryphaeus prima verba loquatur, vix credi potest. An prodiit chorus, dum coryphaeus quaerit, quae clamoris causa fuerit? Eo autem modo Euripides numquam ullam fabulam composuit. An chorus demum dum canticum pronuntiat, in scaenam prodit? Videamus quae sequantur. Conspicit chorus Iolaum humi iacentem:

ἴδετε τὸν γέροντ᾽[1]
ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ
χύμενον· ὦ τάλας.

Versus sunt dochmiaci. Deinde quaeritur:

πρὸς τοῦ ποτ᾽ ἐν γῇ πτῶμα δύστηνον πίτνεις;

(Unus versus excidit, cf. antistr.) Quis sic interrogat, chorus an coryphaeus? Pergamus! Iolaus respondet, chorus iterum interrogat:

σὺ δ᾽ ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν
ξύνοικον ἤλθες λαόν; ἢ πέρα-
θεν ἁλίῳ πλάτᾳ
κατέχετ᾽ ἐκλιπόντες Εὐβοΐδ᾽ ἀκτάν;

Quis hoc? Versus adeo coniuncti sunt, ut nemo eos dirimere possit. Num omnia ista coryphaeo tribuamus? Neque vero parodus ab uno coryphaeo pronuntiari potuit neque versus sqq. id permittunt, cum sint meri dochmii 86 sqq. Quare totus chorus videtur cantare. Tamen v. 99 sq. in ant. Copreo tribuuntur,

---

[1]) Iolao trib. libr., choro Lachmann.

quem cantare nemo credat, neque usquam talem versum, qualis v. 80:

⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
= 101: – – ⏑ – | – – ⏑ – | – – ⏑ –

Euripides choro cantanti dedit. Iam alios videamus numeros. Ubi invenitur hoc metrum:

⏒ – ⏑ – ⏒ – ⏑ – ⏑ –,

quod ab iambis sermonem deducere videtur ad dochmios?

Iam his metricis causis eo adducimur, ut hoc carmen ab Euripide abiudicemus. Sed alia accedunt, quae hoc loco breviter monuerim, quoniam eo a trimetrorum via deflexi seu potius necessario deductus sum. Breve diverbium Coprei et Iolai, quod antecedit et alteram prologi partem explet, mutilatum est. Illud diverbium in Euripidis prologis legitimum est et necessarium neque ex illis paucis verbis constare potest. Quae desint, facile perspicimus. Sunt enim eadem, quae iam choro in cantici fine tribuuntur. Etiam hoc diverbium non Euripidis est, sed alius quidam ex prologo detractum posuit hoc loco paucis verbis mutatis. Parodum igitur, quam Euripides composuit, non iam habemus, ut omnia huius fabulae cantica ab ipso poeta non videntur conscripta esse. Immo illa fabula periit et ad nostram aetatem nihil mansit nisi opus in angustum coactum. Imprimis pro canticis ab Euripide confectis breviora inserta sunt, cum docta videatur haece fabula eis temporibus, quibus chorus in orchestra ab ipsa scaena disiuncta saltabat et eius cantica antiquam vim amiserant. Quae res iam diutius perspecta etiam hac dissertatiuncula confirmatur.

Hec. 1024. In Hec. breve canticum astrophicum v. 1024 sqq. incipit ab hoc trimetro iambico:

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | – – ⏑ –,

quem dochmii sequuntur. Rursus versum 1032 idem coryphaeus locutus est, etsi arte coniunctus videtur cum dochmiis sqq.:

– – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Neque vero hac re adducor, ut totam cantiunculam coryphaeo tribuam. Nam optime ea, cum actionis lacunam expleat, incitatur

coryphaeo enuntiata incipiente, choro continuante. Alteram igitur periodum inde a v. 1032 hoc modo interpretor. Exorditur coryphaeus: „Fallet te spes huius viae, quae te duxit —“ et terminari vult enuntiatum satis quiete: „— in tabernaculum, ad thesauros“; sed graviter chorus sententiam continuat inopinato illo: „— ad mortem et inferos!“

Hec. 1088. In monodia longa et continua unum versum supra diximus sermoni tribui vix posse. Unum tamen locum excipere debemus, quo ipso sensu eo adducimur. Atque gaudeo, quod ea, quae iam multo ante ex ipsa re conieceram, hac lege probantur et propterea certo argumento animos possum convertere in locum subtili ingenii elegantia et summa arte tragica compositum. Alteram dico partem Polymestoris monodiae in Hec. 1088 sqq. Optime cur poeta varia metra suo quodque loco posuerit, intellegitur. Polymestor obcaecatus Achivos conclamat, ut miseram suam sortem videant, et exprimit poeta animum eius excitatum versibus dochmiacis, quibus iambi et trochaei inserti sunt:

v. 1088. ⏑ ⏑⏑ – – –
⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑ – – ⏑ –
– ⏑⏑ – ⏑ –
⏑⏑ ⏑ – – | ⏑⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ | – ⏑ –

Hucusque omnia brevibus exclamationibus exprimuntur. Tum cum nemo clamorem audiat, ad sermonem declinat: „Auditne quis, an nemo auxilio veniet? Quid cunctamini?“ Optime hoc loco senarius stat. Tum iisdem iambis pergens Polymestor eis, quos adstantes fingit, narrat, quae se violaverint feminae. Tamen hi versus multum differunt ab ipso trimetro. Quem cantatum non esse etiam forma demonstratur:

⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑

syllaba brevi magis etiam dividitur a reliquis versibus. Quae cum ita sint, hac in monodia cantata unum habemus versum, quem pronuntiat Polymestor, quo modo eleganter carmen descendit ad sermonem, cum sensu id necessarium videatur, et ascendit

iterum versibus similibus ad genus lyricum. Inserto illo senario totius cantici concitatio multo etiam augetur.

Herc. 735. In chori cantico Herc. 735 sqq., quo gaudio exsultat de Lyco in aedibus ab Hercule occiso, editores, cum ignorarent, quae sit senariorum ratio, et suae ipsorum libidini nimium indulgerent, ad incredibiles fere res pellecti sunt. Quamquam Wilamowitzius, ut saepissime, non magis certis argumentis, quibus nos hac in re utimur, quam ingenii sui beneficio verum iudicavit, cum diceret (Herc. II p. 104) primum stropharum par constare e duabus periodis dochmiacis, quas chorus caneret, et e trimetris iambicis, quos coryphaeus loqueretur: sermonis autem genus eodem modo variari, quo personas. Tamen Weckleinius duobus hemichoriis tribuere vult versus, ita ut alterum cantet dochmios, alterum senarios, quorum ultimos quidem coryphaeo reliquit, quoniam in iis bis totum chorum aperte alloquitur coryphaeus. Sed etiam priores trimetros coryphaeo apparet tribuendos cum ex responsione, tum e versuum forma:

740: – – ⏑ – | ⏒ – ⏑ – | ⏓ – ⏑ –
⏒ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

747: – – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Videmus igitur etiam iis locis, quos iam aliis causis coryphaeo tribuimus, syllabas productas nos non deficere.

Herc. 815. Etiam in huius carminis fine trimetri iambici multam effecerunt perturbationem, cum hi de epodo, illi de hemichoriis loquantur, illi omnia continuent. Ne Wilamowitzius quidem de horum versuum cantu vere iudicavit, etsi ipsam rem optime illustravit. Diffugit chorus anxius trepidusque, cum deos in theologio aspexerit. Tum illi versus pronuntiantur. Neque enim antiquae est tragoediae personas, maxime chorum ipsa re, quae subito in scaena agitur, excitari, semper fere coryphaeus choreutarum animos ad res inopinatas convertit. Sic etiam hoc loco coryphaeus vv. 815 sqq. loquitur:

— — ∪ — | — ∪∪ ∪ — | ∪ — ∪ —
∪ — ∪ — | — — ∪ — | ∪ — ∪ —,

ut iam verbo: „*γέροντες*“ demonstratur; in numero plurali non magis offendimus quam in eo, quod paulo ante totus chorus de se ipso singulari dicit numero. Mutato autem numero versus sqq. aperte disiunguntur: *πέδαιρε, ἕλα, μοι.* Qua re Wilamowitzius haec colligit. Iisdem personis versus tribui non posse manifestum esse, nisi ultimos versus putet quispiam eidem dari posse cui primos, i. e. coryphaeo et ob eam rem de hemichoriorum ducibus loquatur. Sed chorum cum non in duas partes dividatur, sed diffugiat huc illuc, non habere duos coryphaeos. Immo perturbationem depinxisse poetam tribus choreutis — „tres facere collegium“; qui hos versus „pronuntiaverint aut cantaverint“, neminem dicere posse. — In falsam viam deflexit vir doctus. Primos versus locutus est coryphaeus, ultimi quippe dochmiaci[1]) anteposito iambo cantati sunt. Quare nemo eos eidem tribuat. Etiam versus, qui antecedunt 818 sq. cantati sunt; trimetrus enim praeter primam nullam habet productam syllabam neque verba *φυγῇ φυγῇ*, i. e. unus iambus, in sermone tolerantur. Quare tria versuum paria coniungi non possunt, et, quamquam allicit animum, quod vir doctissimus coniecit, poetam tribus choreutis multitudinem dissipatam voluisse depingere caveamus, ne inescemur. Primi versus seiungendi sunt ut a cantico, quod antecedit, ita a verbis, quae sequuntur. Quibus nuntiatur choro deas apparuisse verbis quidem excitatis, ut re flagitatur, tamen nullo alio modo quam quo semper coryphaeus novam personam in scaenam prodire choro et eis, qui audiunt, solet nuntiare. Duo demum versuum paria, quae sequuntur, chori animum depingunt perturbatum, non numero eorum, qui loquuntur, sed metri inconcinnitate. Supra enim demonstravimus fieri solere, ut etiam tam breves partes astrophicae aliquam in se ipsis responsionem habeant, hic autem poeta consilio quodam versus dissimiles utrique choreutae dedit.

---

[1]) „Corrector quidam cod. Laur. rei metricae imperitus trimetrum iambicum efficere studuit:

ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων,

inepte quidem; neque enim iste senarius potuit cantari.

Utrumque dico choreutam, etsi nescio, an complures cantaverint hos versus, neque vero iidem.

Herc. 905. De v. 905 iam disputavimus p. 72. Quae modo dixi de versibus, quibus coryphaeus, rem novam, quae subito accidit, choro enuntiat, priusquam ipse eam animadvertit, etiam hoc loco optime perspiciuntur.

Herc. 1016. Simile est canticum inde a. v. 1016. Quod facile intellegimus, dummodo iterum Wilamowitzii egregiam sequamur interpretationem. De ipsis numeris iam dictum est, quare hic satis habeo singulas periodos seiungere Incipit omnis pars lyrica a tribus periodis dochmiacis, quae eodem modo compositae sunt quo aliis locis chori cantica, et pro stasimo collocatae sunt. Quos versus a toto choro cantari ex ipsa re apparet. — Herculis infandum facinus cum aliis comparatur parricidiis, finem faciunt haec: „Heu, quam querelam canam aut lamentum aut carmen ferale aut choream inferorum?“ Tum eccyclema evolvitur. Quae in eo conspiciantur, brevibus „chori“ partibus describuntur. Hermannus singulas periodos ut iam antea singulis choreutis tribui voluit. Cui Weckleinius assentitur. Sed cum ad v. 887 sqq. (II, p. 190) Wil. optime demonstravit id nusquam recte fieri, tum maxime hoc loco multa alia ei opinioni repugnant. Primum novam rem non singuli choreutae, sed ipse coryphaeus nuntiare solet, deinde unus choreuta non loquitur, sed cantat, ut in v. 818 sqq. Trimetrus autem iambicus v. 1034 non potuit cantari:

— — ⏑ — | — — ⏑ — | — — ⏑ —

Atque hanc unam periodum coryphaeo, reliquas quibuslibet choreutis tribuere ineptum est. Uno senario 1034 commotus sum, ut totum canticum non choro, sed coryphaeo tribuam. Praeterea eos versus iam monui ex eis esse, quibus subita res choro enuntiatur. Quod etsi fieri solet iambicis trimetris aut anapaestis, tamen insolitis numeris pars concitatissima excusationem affert. Senarium quamvis arte sit coniunctus sensu cum verbis antec., non cohaerere cum reliquis versibus cantatis etiam ex partibus respondentibus intellegi potest, de quibus amplius iam dictum est:

φεῦ φεῦ·
ἴδεσθε διάνδιχα κλῇθρα
κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.
—

ὤμοι·
ἴδεσθε τάδε τέκνα πρὸ πατρὸς
ἄθλια κείμενα δυστάνου
εὕδοντος ὕπνον δεινὸν ἐκ
παίδων φόνον.

Apparet ea, quae respondent, cantasse coryphaeum, senarium autem et sensu et metro ad sermonem quadrare, ut etiam vv. 1039—1041, qui Amphitryonem nuntiant in scaenam prodire (observandae sunt syllabae productae, dicendi ratio prope accedit ad genus melicum). Conferantur etiam v. 1086 sq., quos idem coryphaeus loquitur.

Ion. 676. Difficillimum est canticum Ion. 676 sqq., quod differre vix videtur ab aliis stasimis. Comperit chorus Ionem Xuthi esse filium et dominae sortem excitatissimis conqueritur verbis. „Video lacrimas et cantus lugubres et lamenta, ubi domina mea stirpem cognoverit esse marito — ipsa autem liberos non habeat et careat stirpe — quale, o vates, Latonae fili, edidisti oraculum!“ Deinde quaerit, ex qua femina Xutho natus sit filius. Antistrophus ab his verbis incipit: „O carae, num meae dominae haec magna voce in aures clamemus de marito, quocum coniuncta erat eadem spe, — iam autem haec procidit sortibus, ille beatus est — quae senectutem oppetat non culta a liberis venerantibus.“ Metra sunt dochmiaca praeter unum versum, quem utroque loco uncis inclusi. Cuius sententiam et in stropha et in antistropho eandem fere esse animum percutit, praetera etiam dicendi ratione trimetrus distat a reliquis versibus (cf. *λελειμμένη τέκνων, ἣ μὲν . . ὃ δὲ*). Librarii pertinaciter fere vocalem *η* tradiderunt: *αὐτή, λελειμμένη, ἣ μέν*. Quorum auctoritatem non multum, tamen non nihil valere vidimus praesertim cum in toto cantico ubique formas „Doricas“ inveniamus. Momentum autem affert, quod in antistropho illo senario enuntiati compositio plane interrumpitur. Si omnia continua cantarentur, illud *ἐσπεσοῦσα* non haberet, quo referatur, cum ancedat: *ὃ δ' εὐτυχεῖ*, arte autem coniungendum sit cum verbo *τλάμων* in v. 688. Quibus omnibus rebus necessario adducimur, ut sermoni tribuamus trimetrum. Atque iam videamus eius formam:

– – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – !

Quae res nondum ni fallor observata est. Totumne carmen coryphaei est? Cf. antistrophi initium: *φίλαι.*

El. 1165. Iam transeamus ad id Electrae canticum, cuius alteram partem supra tractavimus, cum multum differat, quamvis videatur similis, ab altera. Inde a Clytaemestrae exlamatione metra hoc modo decurunt: 2 iamb., Clyt. interi., trim. iamb., 5 dochm., trimetri coryphaei, qui amicos in scaenam prodire nuntiat. Dubitare possumus, quis eos versus cecinerit, cum chori stasimum antecedat. Tamen verba *κλύεις ὑπώροφον βοάν;* coryphaeo tribuam ut trimetrum:

— — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ —,

quippe qui tot syllabis productis omnem dubitationem tollat. Verba, quae sequuntur, totus chorus videtur cantasse.

Deinde canticum alternum incipit. Carmen iambicum gravibus laborat corruptelis, vix unus versus versui respondet. Emendatio haud facilis est, cum in sensu (praeter v. 1192 sq.) non offendamus.

A versu 1181 octo metra sequuntur iambica, quorum quinque in stropha exciderunt, in antistropho miro quodam casu sana manserunt. Electra habet senarium, de quo infra dicendum, deinde tria, denique duo metra iambica. Orestis primus versus corruptus est, tum septem leguntur metra. Versus primus haud facile restituitur, cum in sensu non haereamus. Stropha hoc praebet metrum:

◡ — ◡ — | — ◡ — | — — ◡ —,

antistrophus hoc:

◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — —

Verba *πρὸς αὖραν* delevit Dindorfius, iniuria quidem. Nam mendum in stropha esse syllaba longa, quae est in ultimo metro, apparet. Qui versus certa ratione sanari non potest, confido tamen numeros eosdem fuisse, quos antistrophi, ut Weilius hanc (duram) proposuit lectionem:

ἰὼ τύχας, τεᾶς τύχας, τεκοῦσα κᾆτα μάτηρ.

Libri strophae ultimos versus Electrae continuant, Seidlerus recte secundum antistrophum Oresti tribuit. Kirchhoffius et Camperus utrumque locum choro dederunt. Sed nescio, quomodo chorus Clytaemestram possit invocare: „O sors, sors tua, mater, quae ⟨?me⟩ peperisti.“ Neque ultimus huius periodi versus choro tribui potest, sensus enim est: „⟨Mater, tu⟩ poenam dedisti merito caedis patris mei.“ Praeterea totius partis ratio ad unum Orestem quadrat, imprimis illud antistrophi:

δεινὰ δ'εἰργάσω, φίλα, κασίγνητον οὐ θέλοντα.

Choro tribuerunt viri docti hos versus reliquarum stropharum ratione commoti, tamen in ea ipsa re erraverunt. Nam primum e metrorum compositione intellegitur eas seiungendas esse. Deinde observes velim strophis, quae sequuntur caedem ipsam describi, hanc querelis expleri. Denique Electrae primus versus hanc habet formam:

⏑ – ⏑ – | – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Strophae versus 1182 tardus et verbis graviter positis impeditus sine dubio sermonis speciem praebet, quae syllaba producta etiam augetur. Quem praesertim cum hac in parte Electra nondum cantaverit, facile seiungimus, in antistropho autem haesitaverit quispiam. Quamquam hoc ipso loco optime cognosci potest, quomodo sermo ascendat quasi ad genus melicum: primum ieiunum illud *ποῖ δ' ἐγὼ* ⟨*εἶμι;*⟩, deinde iam clarius *τίν' ἐς χορόν* — tum excitata Electra ad id deflectit, in quo vitae speique summa ei posita est:

τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται;

Hoc loco etiam graviter ipse cantus incipit, a simili quidem versu; sed quis est, quin videat, quantum distet ab impedito illo senario?

Hel. 625. Helenae Menelaique canticum inde a. v. 625 iam pertractavimus, quare nihil hoc loco nisi ipsam rem perquiram.

V. 625 sq. non cantico, sed dialogo tribuendi sunt. Menelaus: „o exoptate, inquit, dies, qui mihi dedit, ut te amplectar!“ Helena respondet: „o carissime virorum, longum erat spatium, iam

vero laetitia adest.“ Tum demum ad chorum versa canere incipit, autem postea quoque loquitur. Trimetri enim abundant syllabis productis. Helenae verba (632) a dialogi senariis numeros deducunt ad versus lyricos, iteratur graviter trimetrus iamb. catalecticus, a quo eodem bis posito etiam Menelaus in v. 636 cantare incipit. Qui saepius ad sermonem redit. Quod mirum non est, cum Helenae naturam hoc carmine poeta oculis proponere voluerit, non Menelai; ubique Menelaus ab Helena quippe prima persona, ut ita dicam, obscuratur. Etiam hoc loco Menelai verba nihil nisi fundamentum praebent Helenae cantico et consilio quodam poeta eius partem non eodem modo elaboravit quam Helenae.

Non cantantur: v. 646 sq., 652 sq. De Helenae responso dubito, cum trimetri forma momentum non afferat. Etsi hiatu et syllaba brevi graviter senarius dirimitur, canticum non interrumpam, etiam Menelai versum, qui sequitur, cantui tribuam, cum vix quisquam unum versum dochmiacum 659 cantatum putet. Ceteros cunctos Menelai versus (663. 665. 669. 672. 675. 679. 683. 688. 691.) pronuntiavit histrio neque ullus versus syllaba caret producta praeter v. 663.

Phoen. 103. In Phoen. teichoscopia, mira illa epica scaena medio in poemate dramatico, paedagogus ubique loquitur, Antigona cantat, habet autem nonnullos senarios, qui adhuc non satis accurate seiunguntur a reliquis partibus.

V. 123 sq. Dindorfius recte delevit. Nam multa sunt, in quibus haesitemus necesse est. Antigona quaesivit, quis ille esset, qui *πρόπαρ ἀγεῖται στρατοῦ,* i. e. qui iuxta (*παρ*) primum (*προ*) militum ordinem — ut solent duces — progrederetur. Inepte igitur respondet paedagogus: *λοχαγός, ὦ δέσποινα*[1]) cum verba *πρόπαρ ὃς ἡγεῖται στρατοῦ* soluto sermone reddita plane idem significent quod *λοχαγός*. Qui hunc versum composuit, nescire voluit Antigonam, quid significaret „lochagus,“ nam idem sine dubio iterum in v. 148. ante unum verbum *λοχαγός* paedagogi praefixit notam.

Praeterea ex versibus sqq. (133 et sim.) apparet eos non potuisse cantari, in Antigonae autem verbis hoc loco productae

[1]) *δέσποινα* etiam v. 173. Reliquis locis semper *τέκνον, ὦ παῖ, πάρθενε* et sim. inveniuntur.

syllabae non inveniuntur. Forma *αὔδασον*, nisi librariorum est error, demonstratur eum, qui hos versus inseruit, non potuisse discernere inter utrumque versuum genus.

Primus igitur Antigonae trimetrus ab Euripide confectus est

v. 131: *τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ;*
deinde v. 141: *σὺ δ' ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνῃ σαφῶς τάδε;*
v. 145: *τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου περᾷ . . .*
v. 158: *ὦ φίλτατ', εἰπέ, ποῦ 'στι Πολυνείκης, γέρον;*

tum hi versus, quos exorditur paedagogus, Antigona continuat seu vice versa:

v. 171 sq.: . . . . *ἔνσπονδος.*
Ant: *οὗτος δ', ὦ γεραιέ, τίς κυρεῖ;*
ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς;

v. 179: . . . . *Καπανεύς;*
Paed.: *ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται*
πύργων ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν.

v. 161 sq.: plane soluti:
Ρ. ὁρᾷς; Α. ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξῃκασμένα.

Qui omnes facile seiunguntur a partibus cantatis, nusquam desunt syllabae productae; semper paedagogi senarii antecedunt aut sequuntur. Simili loco ponitur v. 138:

ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, μειξοβάρβαρος,

forma autem nihil demonstratur. Atque dubitare possumus, cum conferamus vv. 148. 168., qui miro modo inserti sunt. Neque enim secerni possunt ab eis, qui circa sunt, et syllabis vocant productis. Quos ut trimetros recitandos esse ex eo intellegitur, quod brevis syllaba utriusque finem facit, utrumque dochmii circumdant. Alter altero fulcitur neque suo iure priorem Dindorfius (cf. Metr. p. 275) in dimetri dochmiaci formam conatus est redigere.

Phoen. 291. Brevis cantiuncula non incipit a verbis *ὦ συγγένεια κτλ*, sed demum ab illo *γονυπετεῖς*. Primi enim

versus ut 280 sqq. coryphaei sunt, diverbio tribuendi neque cantati. Cf.:

— — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —
◡ — ◡ — | — — ◡ — | ◡ — ◡ —

Wilamowitzium puto totum canticum coryphaeo daturum esse, equidem etiam hoc loco ei non assentirer. Nam aperte mihi videtur dividi coryphaei pars a chori, maxime iterata invocatione ἄναξ.

Or. 1246. Implicatus videtur cantus, quem alternis dicunt Electra et chorus in Or. v. 1246 sqq., tamen facile in duas partes dividitur, quarum altera ipsum canticum continet, altera de viis custodiendis agit eodem modo quo in sermone aliquo. Quae cum cantata non sit, et in stropha et in antistropha differt a versibus cantatis, constat enim e duobus Electrae versibus 1251. 1252. et tribus chori 1258 sqq., qui librorum auctoritate duorum hemichoriorum ducibus tribuuntur, necessario quidem. Videmus Wilamowitzium recte animadvertisse eis locis, quibus opus est chorum dividi in duas partes, librorum memoriam non plane nos deficere. Ceteros versus equidem non iisdem coryphaeis, sed toti choro et in antistr. singulis hemichoriis tribuo, neque enim ulla re cogimur de uno choreuta cogitare. Coryphaeos et Electram illos versus pronuntiare, non cantare permultis affirmatur syllabis productis.

Etiam in cantiuncula astrophica, quae sequitur, accurate secernuntur ei versus, in quibus Electra et chorus de via custodienda, et ei, in quibus de facinore in aedibus exsequendo dicunt. Electra nisi duos medios versus: τάχα τις Ἀργείων κτλ. non cantat, versus, qui et initium et finem faciunt, sermonis sunt, itidem vv. 1297. 1298. Cui personae tribuenda sint verba, e libris certe non perspicitur. Dubitamus, utrum coryphaeo an Electrae senarios tribuamus. Nam ex ipsa re Electram clamorem prius audiisse verisimile est, cum aedibus prope adstet, chorus autem remotis locis utramque viam, quae ad aedes ducit, custodiat, ex poetae autem usu eiusmodi versus coryphaeo tribui solent. Neque hoc loco ideo eum usum omittam, quod verba lyrica quae sequuntur, Electrae videntur esse. Hermanno autem, qui etiam hic de duobus hemichoriorum ducibus cogitat, assentiri nequeo eis causis commotus, quas supra attuli. — Addam v. 1302 sqq. Electrae

tribui vix posse. Nam si ei hoc carmen tribuimus, nemo intellegit, quid sibi velint coryphaei verba:

1311. σιγᾶτε σιγᾶτ',

quae non ad Electram pertinere possunt, sed ad chorum clamantem. Quam rem explicare voluit is, qui huic versui in cod. E archetypo ascripsit verba ὅλος ὁ χορός, quae a librario ut personae nota praefixa sunt.

Or. 1353. Eandem componendi rationem paulo post iterum invenimus in eo cantico, quod Phrygis longam monodiam antecedit. Cui respondent postea vv. 1537 sqq. Etiam hic cui personae sint strophae versus, in contrarias discedunt sententias. Nam Electrae notam a librariis praefixam Seidlerus mutavit ex antistrophi responsione in chori, vix suo iure, cum difficultates obstent intolerabiles. Primum Electram verisimile est eodem modo ad clamorem excitare chorum, quo supra eum tacere iussit, tum ante v. 1361 incisio magna est, quae declarari vix potest, nisi nova persona i. e. chorus canere incipit. Caveamus, ne eiusmodi responsionibus nimiam habeamus fidem! Saepe fallimur. Hoc loco praeterea trimetris singulari modo positis demonstratur uni personae, Electrae, cantici priorem partem tribuendam esse. Est exemplum senariorum non cantatorum, qui audacissime ut in loco excitato versibus lyricis intermixti sunt. Ab antistropho velim multo dilucidiore incipiamus, quae certe chori sit (cf. τί δρῶμεν κτλ.) Qiunque dochmii excitati ab initio decurrunt, deinde cum chorus cunctetur, quidnam faciat, duo trimetri soluti interpositi sunt:

⏑ — ⏑ — | — — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
— — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

Quos cantatos non esse ex forma nisi ex re apparet. Tum chorus, cum fumum animadverterit ex aedibus evolvi, iterum dochmiis, quae videat, exprimit. Cuius rei causam idem coryphaeus indicat iisdem senariis:

— — ⏑ — | — — ⏑ — | — — ⏑ —
— — ⏑ — | — — ⏑ — | — — ⏑ —

Quorum de genere ne quis dubitet, syllabis efficitur usque productis. Tum denuo chorus cantat idemque carminis finem facit. Omnia optime se habent.

Iam videamus, quomodo stropha respondeat. Trimetrorum forma:

— — ⏑ — | ⏓ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — | — — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

et:

— — ⏑ — ¦ — — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

omnem praecidit dubitationem. Attamen admodum cohaeret trimetrorum sententia cum versuum cantatorum, maxime in priore senariorum pari. Quare cum lectio sana videatur esse, haec voluisse puto poetam: Electram excitatam primum nulla certa causa commotam chorum admonere, ut de caede in aedibus facta clamet, tum demum etiam id cogitasse ea re factum aliquamdiu posse celari et ad id demonstrandum subito a versibus cantatis deflexisse ad sermonem. — Difficile est, sed necessarium. Neque enim philologorum est ex facilibus exemplis ducere regulam, difficiliora excipere.

III.

De versibus dochmiacis.

In Herc. v. 1054 sqq. hi reperiuntur versus:

Amph. οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆνον αἰάξετ'[1]), ὦ γέροντες;
[μ]ὴ δέσμ' ἀνεγειρόμενος χαλάσας ἀπολεῖ πόλιν,
ἀπὸ δὲ πατέρα, μέλαθρά τε καταράξει[2]).
Chor. ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι.
Amph. σῖγα πνοὰς μάθω φέρε πρὸς οὖς βάλω.

Qui sunt in eo cantu, quem alternis dicunt Amphitryon et chorus, cum eccyclema sit evolutum, in quo Hercules recubat somno domitus et uxoris filiorumque corpora ab illo occisa. Incipiunt, metrum si respicimus, versus inde a v. 1042 a dochmiis, qui formam praebent nullo modo diversam ab usitatissimis. Iam, ut solent poetae tragici, alius generis versus dochmiis commiscentur. Metra sunt iambica interpositis versiculis, quos Reizianos consuevimus vocare; tum dochmii, iambi, anapaesti sequuntur, quos cum de eis infra sit dicendum, hic omittamus; denique versu 1057, quem supra exscripsi, ad ipsos dochmios revertitur poeta. Qui versus non nullas praebet difficultates. Ut priorum temporum viri docti etiam Wilamowitzius, cum explicet versuum metra (II², p. 191) eum dicit dochmium esse cum proceleusmatica, i. e. duplici anacrusi, et eo adducitur exemplis, quae affert Herc. 878. Bacch. 989. 998., de quibus infra disputabimus. Primum velim, quae sit ipsa res, perspiciamus.

---

[1]) Sic recte Hermann. Codd.: ἀτρεμέα .. αἰάζετ'

[2]) Codd. καταράξῃ, em. Pflugk.

Qua ex regula metrica ducuntur tales versus qualis ◡◡‒‒◡‒? Duae offeruntur causae, quarum altera haec est. Constat dochmiorum breves produci posse. Quas in duas breves iterum dicunt dissolvi posse eodem modo, quo eae, quae per se habent longam mensuram. In eo obliviscuntur longe aliam esse rationem syllabarum productarum et puerilem futuram fuisse Graecorum rem metricam, si omnes breves produxissent, productas autem iterum dissolvissent. Quo loco subsistendum? — Quae tamen opinio neque antiquis rei metricae interpretibus neque his temporibus viris doctis probatur.

Altera, quam nuper etiam Wil. protulit in Herc. II² p. 265, opinio haec est. Accidit, ut occurrant nobis, cum versus dochmiacos perscrutamur, nonnullae syllabae, quae per se metrum non conficiunt neque ullo modo videntur intellegi posse. Quare eas secernendas putant viri docti a reliquis metris, cum interiectae sint ut integri versus fragmenta. Est ea ratio veterum interpretum, qui metra, quaecumque sunt, in partes dividunt et, ut exemplum afferam, dochmium dicunt esse compositum ex antispasto et syllaba (Hephaest. p. 185 W.). Quam rationem etiam Hermannus secutus est ut in aliis metris, ita in versibus dochmiacis et ad eam rem putat pertinere Arist. Probl. IX, 6 (de quo loco iam supra p. 134 egimus), Plut. de mus. 1140 F. Cf. Elem. doctr. metr. p. 285. Quae ratio nobis non potest sufficere, qui metra componenda, non dirimenda didicerimus esse.

Tamen distinguamus inter syllabas et metra (ternas et plures syllabas). Non ignóro etiam in hac disputatione multa ob eam rem esse dubia, quod modos musicos libri non servarunt. Fieri potest, ut multa metrorum fragmenta, quae nos iam non possumus redigere ad eorum rationem, quae sola nominare et legere consuevimus, modis musicis ita expleta fuerint, ut plena essent metra. Sed vanae sunt cogitationes. Nam artis musicae thesauros abditos in terrae visceribus nondum protrahimus, nescimus, an in aeternum reconditi maneant occultique ut arcana obsignata atque clausa saeculorum anulo. Nos earum modo rerum rationem habere possumus, quas perspicere nobis licet; conemur necesse est collatis similibus locis certas regulas statuere neque multa restant, de quibus desperemus. Quare etsi tres etiam syllabas „collegium facere“ concedimus atque — heu satis saepe! — maiores versus

componere nequimus, nusquam in eo substistamus, ut unam aut duas syllabas metri alicuius fragmenta vocemus neque coniungere conemur cum aliis, ut versus efficiamus.

Qua ex re profecti dubios illos locos perscrutemur. Incipiamus a versibus simplicioribus, qui facilius intellegi possunt quam ei, quos supra apposui, qui syllabis solutis admodum obscuri esse videantur.

Plurima illorum dubiorum metrorum sunt in canticis solutis. Quae res summas praebet difficultates. Nam et libris parum possumus fidei habere praesertim cum versus tradantur inusitati, neque in emendandis eis locis securi sumus, nisi antistrophica ratione adiuvamur. Quare caute agamus et ubicumque fieri potest, a canticis strophicis proficiscamur, ne de via aberremus.

§ 1.

Chori primum stasimum, quod est in Oreste, sic exorditur:

v. 316. str.

αἰαῖ,
δρομάδες ὦ πτεροφόροι
ποτνιάδες θεαί.

v. 322. ant.

[ι]ω Ζεῦ,
τίς ἔλεος, τίς ὅδ' ἀγὼν
φόνιος ἔρχεται.

Incipit igitur ab interiectione, quae cum in omni metrorum genere tum in ipsis dochmiis saepe secernitur a reliquis versibus [1]), sequuntur versus:

◡◡◡–◡◡◡–
◡◡◡–◡–,

quorum alterum dochmium (◡◡◡––◡–) esse facile intellegitur, alterum idem metrum praebere duabus syllabis brevibus antepositis: ◡◡|◡–◡◡◡◡– nescio, an quis putet. Recte autem

[1]) Illud ipsum *αἰαῖ* bis locis: Med. 111, 143. Hipp. 208. Andr. 829. Suppl. 806—819. Phoen. 1340. Saepius bis positum. Praeterea in dialogo Med. 1008. Multi alii loci dubii, cum strophica ratione non adiuvemur.

omnes eum versum recitarent, nisi in carmine dochmiaco reperirent, in quo omnia solemus metra dochmiorum similia dochmios putare. Est enim dimetrus creticus:

⏖ ⏑ – | ⏖ ⏑ –.

qui saepius invenitur apud Euripidem positus inter iambos et dochmios, cum illo traducere videatur metrum poeta ab iamborum aequabili fluxu ad excitatos et inquietos versus dochmiacos [1]).

Eodem enim loco idem versus extat [2]) in Hipp. v. 362—669:

str. *ἄιες ὤ, ἔκλυες ὤ*
ἀνήκουστα τᾶς
τυράννου πάθη
μέλεα θρευμένας [3])

ant. *τάλανες ὤ κακοτυχεῖς*
γυναικῶν πότμοι.
τίν' αὖ νῦν τέχναν
ἔχομεν ἐλπίδος.

Concedendum utroque loco non posse diiudicari, utrum creticorum an bacchiorum numero versus habendi sint [4]), praesertim cum, ut his locis, et bacchii et cretici (quamquam non toties, quoties anapaesti) soleant verborum finibus terminari [5]). Tamen creticos, cum multo sint crebriores, recte etiam hic statui puto.

Eodem modo legendus est Phoen. v. 320:

ἠ ποθεινὸς φίλοις
ἠ ποθεινὸς Θήβαις,

[1]) Sic etiam Ion v. 1487, quem hoc modo perscribo:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏖ ⏑ – | – ⏖ – – –.

[2]) Iisdem creticis postea v. 366 dochmiorum cursum redardat poeta et ad iambos revertitur:

– ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –

[3]) Cf. de scriptura supra p. 58.

[4]) Ut saepius. Cf. Phoen. 113: *ὃς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων*:

⏖ ⏑ – (⏑ ⏖ –) | ⏑ ⏖ – – –.

[5]) Cf. in carm. dochm.: cret. Hec. 1081. Herc. 897. 915. 921. 1196. 1204 et multis aliis locis; bacch. Tro. 321. Ion 1465. Phoen. 187. Bacch. 1181 — 1197.

qui versus ut traduntur, dochmiaci videntur esse anteposita una longa syllaba. Est autem prior hic quoque dimetrus creticus: — ◡ — | — ◡ —. Alter propter longam mediam syllabam idem esse non potest. Quare recte puto Blassium alterum ἤ delere, ut merus sequatur dochmius.

Hic etiam locus, quem affert Wil., Bacch. 988 sq. = 1008 sq. inserendus est. Wil. cum versus seiungeret:

str. *τίς ἄρα νιν ἔτεκεν; οὐ*
γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔφυ . . .
ant. *ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ἦ-*
μαρ ἐς νύκτα τ' εὐαγοῦντ' εὐσεβεῖν . . .

in eo erravit, quod verba *γὰρ ἐξ αἵματος*, cum dochmii speciem praeberent, dochmium putavit esse. Tamen non sic distinguendi sunt versus, sed sententiae incisione, quae est in stropha, etiam versus finiendus est, ut hoc efficiatur metrum:

◡ ◡◡ ◡◡ ◡ ⏓
— ◡ — | — ◡ — | ◡ — — ◡ —

Itaque etiam hic idem est dimetrus creticus, nequaquam dochmius cum duplici anacrusi.

Eiusdem modi versus omnibus codicibus traduntur in Hec. v. 1081:

ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασιν λινόκροκον κτλ.

Qui inde a verbo *ὅπως* et syllabis *-μασιν* ut dochmiaci possunt legi, etsi certe quattuor sunt cretici, qui singulis verbis terminantur. Hic est primus quem tractamus locus, quo viri docti nulla alia causa quam ut integros efficerent dochmios, quae libris traduntur, mutaverunt.

His et multis aliis qui infra tractandi sunt locis in eo erraverunt viri docti, quod in carminibus dochmiacis vix alia metra putabant esse quam ipsa dochmiaca. Sed est uberrima copia similium versuum, qui dochmiis intermixti haec carmina multo magis quam alia reddunt varia et pulchra. Atque poetarum tragicorum imprimis Euripidis mira quaedam est ars, qua periodos composuit in canticis dochmiacis non dochmiacas, sed ad dochmiorum similitudinem factas. Quam rem Seidlerus, etsi non plane est persecutus, rectissime observavit. (Cf. Seidler, de verss. dochm. trag. Graec. p. 140 sqq.)

§ 2.

Nonnulla etiam afferam, priusquam ad difficiliora transeamus, eius rei exempla. Iterum a strophicis profiscamur canticis.

Phoen. 1287:

str. *ἔλεος ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας.*

ant. *πέσεα πέσεα δάι' αὐτίχ' αἱμάξετον.*

Antecedunt sex metra anapaestica (fortasse octo); huius versus initium dochmium esse permultis syllabis brevibus probatur: ⏑ ⏖ ⏖ ⏑ ⏖, restat ⏑ – ⏑ – – ⏑ –. Videtur esse inde a syllabis *τερος* dochmius, sed syllabae ⏑ - nullum metrum conficiunt. Quare dimetrus est iambicus, qui suppressa alterius metri priore syllaba ad dochmiorum similitudinem acccedit.

De Hipp. 830 sq.—848 sq. amplius iam disputavimus p. 56 sq.

str. *μέλεα μέλεα τάδε πάθη*
πρόσωθεν πόθεν δ' κτἑ.

ant. *ἔλιπες, ἔλιπες ὦ φίλα*
γυναικῶν ἀρίστα κτἑ.

Quorum versuum prior non et dochmius, sed hic:

⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –

Tum demum iterum dochmii decurrunt.

Etiam in Herc. 737 eiusmodi extat versus:

ἰὼ δίκα καὶ θεῶν παλίρρους πότμος.

Interiectionem cum eis, quae sequuntur, coniungendam esse antistropho demonstratur.

v. 752.

βοᾷ φόνον φροίμιον στενάζων ἄναξ.

Antecedunt quattuor dochmii, hic autem versus sic legendus est:

⏑ – ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ –,

i. e. 2 iamb. + dochm.

Iambicus, non dochmiacus est etiam Or. v. 1375:

αἰαῖ πᾷ φύγω, ξέναι
⏑ – – | ⏑ – ⏑ –.

antecedunt iambi, sequuntur dochmii. Eundem autem versum usitatissimum Hermannus p. 256 dochmium vocat „iambo“ auctum.

Duo alii loci, quos affert Seidlerus p. 115, eodem modo metiendi sunt:

Iph. Aul. 1475:

ἄγετέ με τὰν Ἴλιον . . .
⏑ ⏑⏑ ⏑ – | – ⏑ –

Or. 1362.:

διὰ δίκας ἔβα θεῶν . . .
⏑⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ – [1])

(Suppl. 1071 interiectio secernenda videtur:

ἰώ
γύναι, δεινὸν ἔργον ἐξειργάσω.)

§ 3.

Cum omnibus his locis versus dochmiis similes non ipsos dochmios viderimus agnoscendos esse, alii sunt versus in canticis dochmiacis, qui ex ullo aliorum metrorum genere vix possunt deduci.

Proficiscamur ab Ionis cantico 1441 sqq., in quo unum ex illis metris toties invenimus, ut errare non possimus:

v. 1480:

τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει.
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – –

idem v. 1482:

παρ' ἀηδόνιον πέτραν [2]) Φοίβῳ.

v. 1486:

δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν κύκλῳ.

---

[1]) antistr. v. 1545 corruptus videtur esse.

[2]) Ex concentu apparet verbum πέτραν cum brevi syllaba pronuntiandum neque finem anapaesticum esse. Tamen fieri potest, ut etiam in dochm. anaclasticis (nam ii sunt illi dimetri anapaestici cf. Wil. Herc. p. 220) breves contrahantur. Cf. Herc. 1085:

ἀναβακχεύσει Καδμείων πόλιν
⏑ ⏑ – – – | ⏑ – – ⏑ –

v. 1495:

ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν.

Vix quisquam Seidlerum (p. 139.) secutus hoc modo versus dirimat:

⏑⏑–⏑⏑–⏑|–––,

cum „molossus" per se nullum sit metrum.

Eodem loco illud membrum ⏑––– invenimus in Hel. v. 657:

ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς στέρνοις.

In Troad. 281:

μυσαρῷ δολίῳ λέλογχα φωτὶ δουλεύειν

eadem dipodia anapaestica (dochm. anacl.) uno metro iambica aucta est.

In Herc. v. 1024:

λυσσάδι συγκατειργάσω μοίρᾳ[1])

et Alc. 413:

ἀνόνατ' ἀνόνατ' ἐνύμφευσας οὐδὲ γήρως ἔβας τέλος σὺν τᾷδ'[2])

(⏑⏑–⏑⏑–|⏑––⏑–|⏑––⏑–|⏑–––)

dochmii antecedunt.

Addendi sunt praeterea omnes ei loci, quibus interiectio *ἰώ μοί μοι* separatim posita est, quippe quae idem praebeat metrum:

⏑–––.

Quos versus, quibus in metris, quos novimus, locus non est, a versibus alius generis saepissime cognoscimus ad dochmios transducere carmen. Quare recte puto Wilamowitzium (Herc. II, 218) eum dochmium vocasse suppressa brevi, nescio an melius dicatur catalecticus (cf. p. 85 adn.). Atque quae supra vidimus de aliis versibus hic de ipsis dochmiis potest intellegi. Sunt enim ii versus mira arte ita conformati, ut intercedant inter duos varii generis versus quorum utrique aliquo modo similes sunt.

---

[1]) De interpretatione cf. Wil. p. 222 sq.

[2]) Strophae versus corrupti.

§ 4.

Iam redeamus, unde sumus profecti, et quaeramus, qualis sit versus Herc. 1057:

ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι.

Ad quem explicandam gaudeo, quod iterum a strophica loco possumus incipere, ut securi novam viam ingrediamur. In Ion. v. 687 sq. haec reperiuntur:

δειμαίνω συμφορὰν
ἐφ' ὅ ποτε βάσεται.

= 706 sq.

καὶ θεοῖσιν μὴ τύχοι
καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ . . .

Lectio sine dubio vera numquam acriter graviterve impugnata est. Carmen est dochmiacum, antecedunt dochmii, deinde a. v. 685 haec sequuntur:

⏑ – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –,

tum illis versibus, quos apposui, ad dochmios redit poeta. Qui iambici esse non possunt (ut – – – | – ⏑ – cf. Tro. 579 sq: *αἰαῖ τόν δ' ἀλγέων. ὢ Ζεῦ καὶ συμφορᾶς;*), cum alter dimetrum non expleat et mira sit libera responsio:

– ⏖ ⏑ – ⏑ – = – ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏖,

neque omnino ex metris notis possunt deduci. Sed priusquam hanc quaestionem possimus diiudicare, hunc versum oportet exemplis probari, qui ab ineuntis saeculi viris doctis, qui eum tripodiam iambicam, cum iambum arbitrarentur constare e brevi et longa syllaba, ducebant, rarus putabatur, his autem temporibus ni fallor, cum non esse iambicum intellexerimus, omnino omittitur vel etiam extare eum in tragicorum partibus lyricis negatur. Quem tamen non modo rarum, sed frequentissimum esse facile intellegetur exemplis, quae afferam, quae viros doctos fugisse ex eo tantum declarari potest, quod versus dochmiis similes in dochmios mutare, mutatos in textum recipere consuevimus.

Conferamus Hec. v. 715. Deplorat Hecuba Polydori filii mortem carmine excitatissimo. Quae cum chorus v. 713 necis quae sit causa, quaerat versu trimetro iambico, etsi ei non respondet, tamen ab eodem trimetro incipit; sed tum metrum nimis quietum subito, ut hiatus indicat, interrumpit et ad dochmios transit. Qui nullo alio metro interrupti sunt (et exeunt in dochmium integrum) praeter v. 715 b. Traditur:

οὐχ ὅσι οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;

– ⏕ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – .

Versum sic esse dividendum ex dochmio, qui antecedit et qui sequitur, apparet. Editores mutaverunt, ut dochmios, quales novimus, efficerent, sed ingentes sunt coniecturae.

In eadem fabula periodus a v. 1077 incipit a tribus dochmiis et terminatur claro dochmio 1084: *ὀλέθριον κοίταν*. Intercedunt creticus, versus *πᾷ στῶ, πᾷ κάμψω, πᾷ βῶ,* qui nisi ut dactylicus (aut anap.) legi non potest,[1]) quattuor cretici[2]) 2 dochm. anacl.,[3]) versus:

τέκνων ἐμῶν φύλαξ

⏑ – ⏑ – ⏑ .

Traducit igitur iterum illud, de quo disputamus, membrum a versibus alius generis ad dochmios.

De Hipp. 593 iam verba feci supra p. 53 sq.

τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ'ὄλλυσαι

⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏕ – ⏑ – .

---

[1]) Cf. Herc. 895. *βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λώβας* neque Wil. possum assentiri, qui in his canticis permitti versuum anapaesticorum catalexin neget (Herc. II, 220). Nam praeterea cf. Herc. 1197:

ἕτερον πολυμοχθότερον πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν =

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – –,

Hel. 692: *τάδε καὶ σὲ διώλεσε μυριάδας τε =*

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑

Or. 1363. *δακρύοισι γὰρ Ἑλλάδ' ἅπασαν ἔπλησε.*

[2]) Cf. p. 151.

[3]) De prioris forma cf. Herc. 1065. Ion. 1552.

Simili modo poeta eodem metro usus est, dummodo librorum sequamur auctoritatem neque metricis causis mutemus quicquam, cum alia habeamus exempla his locis:

Phoen. v. 114. dochm., ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ –, 3 dochm.

Phoen. 127 sqq.: [illegible], iamb., dochm., iamb., dochm. anacl., 2 iamb., ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑, dochm.

Phoen. 331, antecedunt dochm., 2 dochm. anacl. [1]), deinde ⏑ – ⏑ – ⏑ –, sequuntur iambi.

De Iph. Taur. 643 sqq. iam diximus p. 88. Utut ea sunt, quae ibi monui, vv. 645 et 649 dilucide hoc praebent metrum:

⏑ ⏑⏑ ⏑ – – –.

De Andr. 855 sqq. cf. p. 115. Metra inde a v. 855 haec:

– ⏑⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑⏑ ⏑ – – –
⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑⏑ – ⏑ –

Etiam in Hel. 628 librorum lectio:

περιπετάσασα χέρα
= ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑

optime retinetur. Antecedunt, sequuntur dochmii.

Inter hos locos iam eum videmus versum inserendum esse, a quo sumus profecti Herc. v. 1057:

ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι
= ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – [2])

---

[1]) Prior ut Ion 1498: *τέκνον οὐκ ἀδάκρυτον.*

[2]) Id metrum, de quo disputamus, non proprium esse Euripidis Sophoclis fabnlis demenstratur. Miram quidem illam epodum El. 502 vix audeo afferre, cum in omnibus versibus paenultima syllaba longa sit (etiam 511 *αἰκία*) ideoque iambica videantur metra esse: ⏑ ⏕ ⏑ – | – – (v. 510, qui dochmiacus videtur esse, Hermanni facili coniectura *παγχρυσέων* idem praebet metrum. v. 514, qui iambicus esse non potest, scholiis in suspicionem vocatur) Aperta autem res est in El. 1240 *τὰν αἰὲν ἀδμήταν* = 1261 *γε σοῦ πεφηνότος*, sequ. duo dochm., deinde iterum ⏑ – ⏑ – – – et dochm.; Ant. 1275 *οἴμοι λακπάτητον ἀντρέπων χαράν* = 1299 *τάλας, τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν*, i. e. ⏓ – – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ –, antec. iamb., sequ. dochm. Omnia sunt strophica et propterea minime dubia.

Quos versus cum respicimus, dochmiis intellegimus esse simillimos, praesertim cum et producantur et solvantur syllabae eodem modo, quo in metris dochmiacis:

⏒ ⏔⏔ ⏑ ⏔⏔ ⏒ ⏔⏔

Iambi esse non possunt neque Hermannus quicquam veri assecutus est, cum ischiorrhogicos eos vocaret, quod inane est nomen, nihil aliud. Immo dochmiis tribuendi, pleni sunt dochmii, e quibus altera brevi suppressa usitatae formae ducuntur. Quare versus dochmiacus e semitrimetro iambico videtur ortus esse, seu potius dimetrus dochmiacus e senario. Accedit enim, quod in nullo „pleno dochmio“ altera brevis syllaba producta est. Certum autem argumentum Ion. v. 1471 mihi, nescio an aliis, praebet:

Ion. *πῶς εἶπας;* Cr. *ἄλλοθεν γέγονας ἄλλοθεν.*

i. e.

– – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – .

Index.

Nota † apposita est eis locis, quibus novam conatus sum indicare emendandi viam.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.

DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XV. PARS I.

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MDCCCCI.

Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keilii. Vol. I—XIV. pars IV. 1873—1900. 8. ℳ 115,80

—— Vol. I. 1873. ℳ 6,00

Inhalt: Kleemann, M., Reliquiarum dialecti Creticae pars I. Glossae Creticae cum commentariolo de universa Creticae dialecti indole. — Gutsche, G., Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — Walther, E., de Taciti studiis rhetoricis. — Friedel, W. O., de Sophistarum studiis Homericis. — Schink, E., de interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — Kohlmann, R., de verbi Graeci temporibus. — Zacher, K., de prioris nominum compositorum Graecorum partis formatione.

—— Vol. II. 1876. ℳ 5,00

Inhalt: Weingärtner, Ad., de Horatio Lucretii imitatore. — Votsch, G., Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Schmidt, J., de Herodotea quae fertur vita Homeri. — Doberentz, Aem., de scholiis in Thucydidem. — Matthias, E., de scholiis in Juvenalem.

—— Vol. III. 1878. ℳ 7,00

Inhalt: Zacher, K., De nominibus graecis in *αιος, αια, αιον*. — Neidhardt, Aem., De Euripide poetarum maxime tragico.

—— Vol. IV. 1880. ℳ 9,00

Inhalt: Hendess, R., Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit. — Huebner, B., de temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoriste varietate. — Voelcker, F., de Graecorum fabularum auctoribus. — Lange, E., Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — Segebade, J., Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — Hollaender, L., de militum coloniis ab Augusto in Italia deductis. — Karbe, H., de Centurionibus Romanorum.

—— Vol. V. 1883. ℳ 8,00

Inhalt: Schmidt, J., De Seviris Augustalibus. — Baege, M., de Ptolemaeo Ascalonita. — Jungblut, H., Quaestionum de Paroemiographis pars prior: De Zenobia. — Koob, H., De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — Zimmermann, R., Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur.

—— Vol. VI. pars prior. 1885. ℳ 6,00

Inhalt: Roos, C., De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — Karbaum, H., De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — Schulze, E. Th., De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

—— —— pars secunda. 1886. ℳ 1,00

Inhalt: Hanschild, O., De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Voigt, Th., De Atrei et Thyestae fabulis.

—— Vol. VII. 1886. ℳ 10,00

Inhalt: Graetzel, P., De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis ratione. — Brinck, A., Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Roellig, E., De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.

—— Vol. VIII. 1887. ℳ 7,00

Inhalt: Roellig, P., Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Nebe, A., De mysteriorum Eleusiniorum tempore et administratione publica. — Kalkoff, G., De codicibus epitomes Harpocrationeae. — Herforth, E., De dialecto Cretica.

—— Vol. IX. 1888. ℳ 8,00

Inhalt: Reinecke, G., De scholiis Callimacheis. — Rosenboom, J., Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Kausche, W., Mythologumena Aeschylea.

Diss. philolog. Halenses.

—— Vol. X. 1890. *M* 8,00

Inhalt: Liermann, O., Analecta epigraphica et agonistica. — Keil, G., De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

—— Vol. XI. 1890. *M* 9,00

Inhalt: Hildebrand, A., De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Pusch, H., Quaestiones Zenodoteae. — Meiners, W., Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

—— Vol. XII. pars prior. 1891. *M* 4,80

Inhalt: Walther, R., De Apollonii Rhodii argonauticorum rebus geographicis. — Schmidt, H., Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea.

—— —— pars secunda. 1894. *M* 5,20

Inhalt: Gerstenhauer, A., De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. Anz, H., Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.

—— Vol. XIII. pars prior. 1895. *M* 2,80

Inhalt: Kaiser, B., Quaestiones de elocutione Demosthenica.

—— —— pars secunda. 1896. *M* 2,00

Inhalt: Haupt, G., Commentationes archaelogicae in Aeschylum.

—— —— pars tertia. 1896. *M* 1,60

Inhalt: Wulf, H., De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae.

—— —— pars quarta. 1897. *M* 2,00

Inhalt: Haym, C., De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

—— Vol. XIV. pars. prior. 1898. *M* 2,80

Inhalt: Reinhold, H., De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae.

—— —— pars secunda. 1898. *M* 1,60

Inhalt: Schwandke, G., De Aristophanis nubibus prioribus.

—— —— pars tertia. 1900. *M* 2,40

Inhalt: Körtge, G., In Suetonii de viris illustribus Libros inquisitionum capita tria.

—— —— pars quarta. 1901. *M* 3,60

Inhalt: Ritter, R., De varrone vergilii in narrandis urbium populorumque italiae originibus auctore.

Güldenpenning, A., Die antike Kunst und das Gymnasium. Erfahrungen und Vorschläge. 1895. 8. *M* 0,80

Hymni et sequentiae cum compluribus aliis et latinis et gallicis necnon theotiscis carminibus medio aevo compositis quae ex libris impressis et ex codicibus manuscriptis saeculorum a IX usque ad XII partim post M. Flacii Illyrici curas congessit variisque lectionibus illustravit et nunc primum in lucem prodidit G. Milchsack. Pars 1 1886. gr. 8. Ausgabe auf Druckpapier *M* 8,00
Ausgabe auf Büttenpapier *M* 20,00
Ausgabe auf Büttenpapier in 3farb. Druck *M* 30,00

Sophokles, König Oedipus übers. v. E. Müller. 1885. kl. 8. *M* 1,20

Heydemann, H., Nereiden mit den Waffen des Achill. Ein Beitrag zur Kunstmythologie. Mit 5 Tafeln. 1879. Fol. *M* 8,00

Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme. 4.

I. Zeus im Gigantenkampfe. Mit 1 Tafel. 1876. *M* 2,00

II. Die Knöchelspielerin im Palazzo Colonna zu Rom. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1877. *M* 3,00

III. Mittheilungen aus den Antikensammlungen in Ober- und Mittelitalien. Mit 6 Taf. u. 7 Holzschn. 1878. *M* 10,00

Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme.

IV. Verhüllte Tänzerin. Bronce im Museum zu Turin. Mit 1 Tafel und 2 Holzschnitten. 1879. ℳ 2,00

V. Satyr- u. Bakchennamen. Mit 1 Doppeltafel. 1880. ℳ 3,00

VI. Gigantomachie auf einer Vase aus Altamura. Mit 1 Doppeltafel. 1881. ℳ 2,00

VII. Terracotten aus dem Museo Nazionale zu Neapel. Mit 3 Tafeln und 1 Holzschnitt. 1882. ℳ 3,00

VIII. Alexander der Grosse und Dareios Kodomannos auf unteritalischen Vasenbildern. Mit 1 Doppeltafel und 2 Holzschnitten. 1883. ℳ 2,00

IX. Vase caputi mit Theaterdarstellungen. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1884. ℳ 2,00

X. Dionysos Geburt und Kindheit. Mit 1 Doppeltafel und 1 Holzschnitt. 1885. ℳ 4,00

XI. Jason in Kolchis. Mit 1 Doppeltafel 1886. ℳ 2,00

XII. Pariser Antiken. Mit 2 Taf. u. 8 Holzschn. 1887. ℳ 7,00

XIII. Marmorkopf Riccardi. M. 2 Taf. u. 2 Holzschn. 1888. ℳ 2,00

Robert, C., Hallische Winckelmannsprogramme.

XIV. Der Pasiphae-Sarkophag. Mit 4 Tafeln. 1890. ℳ 2,00

XV. Scenen der Ilias und Aithiopis auf einer Vase der Sammlung des Grafen Michael Tyskiewicz. Festschrift zur Eröffnung des archäolog. Museums der Friedrichs-Universität Halle-Wittenberg am 9. Dec. 1891 herausgegeben mit Unterstützung des königl. Universitäts-Curatoriums. Mit 17 Fig. u. 2 farbigen Tafeln. 1891. Gr. Fol. ℳ 10,00

XVI. Die Nekyia des Polygnot. Mit 1 Tafel und 6 Textabbildungen. 1892. ℳ 8,00

XVII. Die Iliupersis des Polygnot. Mit 1 Tafel und 2 Textabbildungen. 1893. ℳ 8,00

XVIII. Die Marathonschlacht in der Poikile und weiteres über Polygnot. Mit 1 Tafel u. 12 Textabbild. 1894. ℳ 12,00

XIX. Votivgemälde eines Apobaten. Nebst einem Excurs über den sogenannten Ares Borghese. Mit 1 Tafel und 7 Textabbildungen. 1895. ℳ 2,00

XX. Römisches Skizzenbuch aus dem achtzehnten Jahrhundert im Besitz der Frau Generalin von Bauer geb. Kuhl zu Kassel. Mit 31 Textabbildungen. 1896. ℳ 8,00

XXI. Die Knöchelspielerinnen des Alexandros. Nebst Excursen über die Reliefs an der Basis der Nemesis von Rhamnus und über eine weibliche Statue der Sammlung Jacobsen. Mit 1 Tafel und 8 Textabb. 1897. ℳ 4,00

XXII. Kentaurenkampf und Tragoedienscene. Zwei Marmorbilder aus Herkulaneum. Nebst einen Excurs über das Heraklesbild in Casa Del Centenario. Mit 2 Tafeln und 7 Textabbildungen. 1898. ℳ 4,00

XXIII. Der müde Silen. Marmorbild aus Herculaneum. Nebst einem Excurs über den Ostfries des sog. Theseions. Mit 1 Tafel und 17 Textabbildungen. 1899. ℳ 3,00

Halis Saxonum, formis descripsit E. Karras.

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XV PARS 2

DE HYMNO IN VENEREM HOMERICO

SCRIPSIT

HENRICUS TRUEBER

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MDCCCCIII

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES
VOL. XV PARS 3

DE TRAGICORUM POETARUM GRAECORUM CANTICIS SOLUTIS

SCRIPSIT

RUDOLFUS EBELING

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MDCCCCIII

Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keilii.
Vol. I—XVI, pars I/II. 1873—1903. 8. ℳ 132.60

— Vol. I. 1873. IV, 334 S. ℳ 6,—
Inhalt: M. Kleemann, Reliquiarum dialecti creticae pars I glossae creticae cum commentariolo de universa creticae dialecti indole. — G. O. Gutsche, Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — E. Walter, De Taciti studiis rhetoricis. — W. O. Friedel, De sophistarum studiis Homericis. — E. Schinck, De interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — R. Kohlmann, De verbi graeci temporibus. — K. Zacher, De prioris nominum compositorum graecorum partis formatione.

— Vol. II. 1876. 305 S. ℳ 5.—
Inhalt: Ad. Weingärtner, De Horatio Lucretii imitatore. — G. Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Jo. Schmidt, De Herodotea quae fertur vita Homeri. — Aem. Doberentz, De scholiis in Thucydidem. — E. Matthias, de scholiis in Juvenalem.

— Vol. III. pars I. 1877. Pag. 1—280. ℳ 6,—
Inhalt: Konradus Zacher, De nominibus graecis in αιος, αια, αιον.

— — pars II. 1878. Pag. 281—319. ℳ 1,—
Inhalt: Aemilius Neidhardt, De Euripide poetarum maxime tragico.

— Vol. IV. pars I. 1877. Pag. 1—110. ℳ 2,40
Inhalt: Richardus Hendess, Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit.

— — pars II. 1880. Pag. 111—434. ℳ 6,60
Inhalt: B. Huebner, De temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoristi varietate. — Franciscus Voelker, De Graecorum fabularum actoribus. — E. Lange, Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — J. Segebade, Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — L. Hollaender, De militum coloniis ab Augusto in Italia deductis. — H. Karbe, De centurionibus Romanorum quaestiones epigraphicae.

— Vol. V. pars I. 1878. VII u. Pag. 1—132. ℳ 4,—
Inhalt: J. Schmidt, De seviris Augustalibus. Adjecta est tabula.

— — pars II. 1883. Pag. 133—364. ℳ 4,—
Inhalt: M. Baege, De Ptolemaeo Ascalonita. — Henricus Jungblut, Quaestionum de paroemiographis pars prior: De Zenobio. — H. Koob, De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — R. Zimmermann, Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur. Pars prior.

— Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. ℳ 6,—
Inhalt: C. Roos, De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbaum, De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

— — pars II. 1886. Pag. 233—478. ℳ 4,—
Inhalt: Oscarus Hauschild, De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Theodorus Voigt, De Atrei et Thyestae fabula.

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.